
JO. ALEX. DOEDERLINI,
ACADEMIÆ IMPERIALIS LEOPOLDINO-CAROLINÆ NAT. CURIOSOR. UT ET REG. BORUSS. SOCIET. SCIENTIARUM COLLEGÆ, NEC NON LYCEI WEISSENB. IN NORICIS RECT.

COMMENTATIO HISTORICA
DE
NUMIS GERMANIÆ MEDIÆ,
quos vulgo
BRACTEATOS ET CAVOS,
vernacule
Blech- und Hohl-Münzen
adpellant;
nec non
LAMINARIBUS QUIBUSDAM MEDII ÆVI BILATERALIBUS;
Qui maximam partem WEISSENBURGI in Noricis, inque vicinis agris, haud ita pridem eruti sunt ac reperti.
Cum Figuris æri incisis.
Accessit
De Pecuniæ medii Aevi Valore, Numorumque nostræ ætatis origine
DISQVISITIO.

NORIMBERGÆ,
Apud JUL. ARNOLD. ENGELBRECHT & W. M. ENDTERI FILIAS,
Literis ADELBULNERI. 1729.





PRÆFATIO.



Nnus eſt, & quod excurrit, quo, cum cæmentarii quidam & operarii in moliendis, jaciendisque novi ædificii, ſuper ruinis bello tricenario funeſtiſſimo deſtructæ cujusdam apud nos domus, quæ, cum proxima Ædi D. Martino quondam ſacræ, (ubi nunc Emporium frumentarium eſt,) & ipſa procul dubio ſacra olim fuit; quibus locis ſacrorum Antiſtites ſuperioris ævi numos ſuos ut plurimum recondidiſſe perhibentur, fundamentis humum egererent, in urnam figulinam forte fortuna inciderunt, eamque, neſcio, quas ſordes reputantes, cum humo projecerunt, nihil, appetente jam jam veſpera, quid agerent, penſi habentes. Poſtero die rotundas animadvertentes lamellas, ſtudioſiusque contemplantes, dignas, quas tollerent, reputarunt; mox & colligere & undique verſum disjectas, humoque maximam partem tectas,

)(2 requi-

requirere cœperunt. Vulgato mox, ut ſolet, rumore, accedunt amici, mihique rem denunciant: nec defuerunt, qui repertos oſtenderunt numulos. Sed officii publici ego tum diſtrictus laboribus, diſtentusque, altero demum, tertioque die, (quo vero maximam partem, quod vehementer dolui, diſtracti jam fuerant,) ad coëmendos, quos potui, & colligendos, animum adpuli. Comparavi, quosque comparare integrum amplius non erat, paſſim diſperſos conquiſivi, collegi, ac delineandos curavi. Et hi ipſi fere ſunt, quos æri inciſos præmiſſa exhibet tabella. Qui aut diffracti ſunt in egerenda humo, id quod in λεπτότητι ſua compluribus accidit, aut, neſcio, quo delati, aut denique ad delineandum petenti moroſe denegati, quin plurimam partem iidem cum noſtris ſint, nullus ſane dubito.

Sed & cum qualicunque deſcriptione, præmiſſa generali Numorum Bracteatorum neceſſaria διασκέψει, luci publicæ exponere eos volui, ut iis inprimis, qui tale quidpiam oculis nunquam uſurparint, (quotus quisque enim apud nos eſt, qui numos viderit Bracteatos, deque iis recte ſentiat!) quidnam illi ſint? immo vero, quid non ſint? conſtet; ſimul & ignaris rei numariæ dulciſſimæ Patriæ noſtræ, antiquæ Germaniæ, innoteſcat, quibus, in commerciis ſuis, nec non rerum memoratu dignarum memoria conſervanda, uſi fuerint Majores noſtri, numis, quâque in iis cudendis arte & probitate.

Quid?

Quid? quod & aliæ ſuppetant rationes, quæ inſtitutum juverunt partim, partim & promoverunt. Non ignorant, quibus veterum Germanorum res numaria cordi eſt & curæ, non deeſſe ea in re Viros omnino verſatiſſimos, peritiſſimosque, qui addubitant, in Bavaria, Suevia, nec non Franconia, &, qua adjacent, terris, Cis-Danubianis maxime noſtris, in uſu olim fuiſſe, aut reperiri numos cavos & bracteales. a) Quibus adeo non ingratum fore arbitror, certiora ſi edoceantur & veriora; quæ in re Hiſtorica, Hiſtorico noſtro ſeculo, non deſiderantur modo, ſed & magis magisque cotidie diſpaleſcunt. Nec inanis, quæ vulgum tenet & terret, opinio toleranda diutius, quæ Gentilium hosce numulos eſſe, &, neſcio, quos deaſtros exhibere, perperam ſæpe ſtatuit. b) Tollenda, quoad ejus fieri poteſt, & corrigen-

a) Vid. Ill. Dn. de LUDEWIG Einleitung zu dem Teutschen Münz-Wesen mittlerer Zeiten. c. XI. §. 7. p. 92. ſeq. Celeberrimi item Duc. Wirtemberg. Conſiliarii Regiminis, Dn. *J. J. Moſeri* Anmerckungen über Herrn J. P. von Ludewig Einleitung p. 94. ſeqq. nec non Excellentiſſimi *Dn. J. G. Liebknechts*, Math. Prof. in Acad. Gieſſ. Epiſtola de Bracteatis Nummis Haſſiacis, §. 11. p. 5. ſeqq. NB. Vocibus, quas recentior ætas ad rem in hoc argumento felicius exprimendam, uſurpavit, quales ſunt; *Bractealis, laminaris, bilateralis, Panningi* ſeu *Penningi, Haleri, Groſſi, Cruciati, cruciferi, iconium, liliatus, liligerus, teloneum, Schillingi, monetare*, aliæ, cum *Sperlingio, Oleario, Schlegelio*, & mihi cum pace B. L. uti liceat.

b) Ex omnium, qui primi repererant & conſpexerant numulos noſtros, vox erat, eorum etiam, qui narium erant emunctiorum. Eadem refert laudatus *Liebknecht*, l. c. p. 11. & celeberrimus Danorum Polyhiſtor, Nobiliſſimus *Sperlingius*, de Num. Bract. & Cavorum Orig. Epiſt. ad Rev. Dn. *Jac. à Mellen*, p. 7c. ſeq. nec non Nov. Lit. Mar. Balth. Collectores ad An. 1700. p. 111. ſeq. it. p. 242. ſeq.

rigenda inepta plebis judicia ac præjudicia. Quod denique Ill. Fridericianæ Cancellarius, Dn. *de Ludevvig*, libello doctissimo, rarissimoque, c) cavere voluit, ne, qui hujus generis antiquitatis monumenta forte repererit, ad fabros potius aurarios & argentarios, nec non Judæos, quam ad se, virosque eruditos, ea venditurus deferat; id & omnes Νομισματοφίλους mecum optaturos esse, & præstituros, certo confido.

Quod superest, Lectorem benevolum, dum pro ratione instituti mei rem prosequor, ea, qua par est, humanitate rogatum velim, ut, si meliora habeat, sciatve, ea me edocere ne gravetur; eos maxime cum exhibuero, & primus quidem, numos, qui omni plane destituti Inscriptione, &, quibus dignoscantur, signis & Insignibus, non nisi ex aliis, iisque clarioribus, notioribusque, innotescere possunt monumentis.

BRE-

c) Einleitung zu den Teutschen Münz-Wesen mittlerer Zeiten inscripto, & paulo ante laudato, c. III. p. 20. seqq. & c. XV. p. 230. seqq. ubi pluribus ostendit celeberrimus Auctor, quibus locis, modisque, reconditi olim numi investigari, reperiri; nec non ab Aurifabris & Argentariis, itemque Judæis, comparari, redimi, adeoque ab interitu & igne sarti tectique queant servari.



BREVIARIUM.

§. I.



T in literarum studiis divina regnat providentia; cui Temperamentorum diversitas, indeque ad diversa studia diversa debetur inclinatio §. *II. Hinc & studiis suæ sunt Periodi, vicesque.* §. *III. Seculum nostrum Historicum est: negligit trivialia & vulgaria, & ex certis, reconditisque rerum monumentis, quæ specialia & minus nota, conquirit.* §. *IV. inque Numis etiam, quorum studium eô nomine commendatur*, Germanorum, *reperit.* §. *V. Id quod, quanquam difficile admodum,* §. *VI. Cordi tamen & curæ, nostro potissimum ævo, Viris semper fuit Clarissimis, quos inter eminet & præcellit. Ill.* Spanhemius, *nec non* § *VII. Cl.* Luckius. *Quibus cum laude succedunt* §. *IIX. celeberrimus* Olearius §. *IX. nobilissimus* Tentzelius, §. *X. Doctissimus* Schlegelius, §. *XI.*

XI. Reverendissimus Schmidius, *famigeratissimusque* Liebknechtius §. *XII.* Sperlingius ὁ κριτικώτατος, *cum Lubecensi Theologo*, Jac. a Mellen, §. *XIII. Ill.* Dn. de Ludevvig, §. *XIV. It.* Heineccius, ὁ μακαρίτης, §. *XV. Doctissimus* Hottingerus, *nec non Theologus* ἱστορικώτατος Leuckfeldius; §. *XVI. Nec laude sua defraudandi, qui obiter in scriptis suis rem Germanorum numariam illustrarunt, quorum potiores sunt* Frisius, Jo. Schilterus, D. Major, Wedelius, Molanus; *Ad quam classem* §. *XVII. refertur Ill.* Eccardus; & §. *XVIII. qui idem olim meditati sunt, & nostra ætate meditantur*, Christfr. Caspar & Paulus Sagittarii, Wagenseilius, Schmidius, *de* Ludevvig, Moserus, *alii.* §. *XIX. Quibus auctoribus Historia rei Germanorum numaria medii ævi egregie exculta majora indies sperare jubet incrementa* §. *XX. Antiquissimis temporibus non ære & numis, sed permutatione mercium in commerciis usi sunt Germani. E numis vero Romanorum non nisi* serrati & bigati *ipsis placuêre.* §. *XXI. Quô tempore cudi cœperint in Germania numi, dubium. Ad tempora Christianismi in Germania numos plurimi referunt; sed nonnisi solidos.* §. *XXII. Non ejusdem adeo ætatis, sed inferioris multo, Bracteati sunt.* §. *XXIII. Errant proinde, & hallucinantur, qui gentilibus tribuunt Bracteatos, & Deastros in imaginibus sibi cum vulgo fingunt.* §. *XXIV. Scaligero, aliter sentienti, respondetur.* §. *XXV. Christianorum seculis vindicantur Bracteati; ad XII. tamen Sec. cum* Sperlingio *non descendimus.* §. *XXVI. medium potius tenentes Ottonum ævo insistimus.* §. *XXVII. Definitio numorum Bracteatorum.*

torum. §. *XXIIX. Etymologia, Synonymia & Homonymia.* §. *XXIX. Cur cavi dicantur, inquiritur.* §. *XXX. Non omnes tamen numi Cavi Bracteatis sunt accensendi; adeoque nec Patellæ Iridis. De quarum origine multa dicuntur, &, quæ falsa, refelluntur* §. *XXXI. De Veterum Panningis, seu Penningis (denariis)* Pfennigen, Pfaffen-Pfennigen, Heiligen-Pfennigen, *quid statuendum, traditur.* §. *XXX. Numi Bracteati audierunt etiam olim* Leicht-Geld, Rheinische Wehrung, Angster, *numi Scyphati &c.* §. *XXXIII. Germanis vindicantur Bracteati.* §. *XXXIV. Origo & Progressus Bracteatorum solidis obicem posuit.* §. *XXXV. Causæ Bracteatorum enarrantur.* Olearius & Heineccius *Germanorum probitatem laudant.* §. *XXXVI. Inscitiam in arte fabrili prætendunt alii; alii argenti inopiam.* §. *XXXVII. Alii incusant numorum Bractealium conditorum in sumtibus præstandis parsimoniam & φιλαργυρίαν, nec non ἰσχροκερδίαν. Finitur* ἐπικρίσει. §. *XXXVIII. Causa Efficiens Bracteatorum primaria solus est Princeps, isque summus: In Imperio Germanorum Imperator.* §. *XXXIX. Plures extant Bracteati Personarum sacrarum seu Ecclesiasticarum, quam Impp. & Principum. Cujus rei ratio redditur. Nec infrequentes sunt Civitatum numi.* §. *XL. Materia Bracteatorum est cumprimis argentum, idque vel purum vel impurum. Inde de ætate numi judicium.* §. *XLI. Bracteatos aureos*

reos dari negatur. §. XLII. Num dentur Bracteati ærei? §. XLIII. Cupreorum copia magna est. §. XLIV. Forma Bracteati potissimum attendenda; externa cumprimis. §. XLV. Numi ἄσημοι, omnique cultu destituti, antiquissimi. §. XLVI. Ejus generis nostri non sunt. Elegantia & cultus numorum laudi ducitur Principi. §. XLVII. Deformitatis numorum Bracteatorum causæ. §. XLVIII. Earum non postremæ, Artificum inscitia & Instrumentorum aptorum defectus. §. XLIX. Bracteatorum quantitas admodum varia & diversa. §. L. Num dentur Bracteati quadrati? §. LI. Bracteati Laciniati, Crotoniati, acephali. §. LII. Figuræ utplurimum obscuræ. Varietas earum infinita. §. LIII. Numi Bracteati Insignia utplurimum & Arma Auctorum suorum exhibent. §. LIV. Bracteati Halensium Crucem manumque habent. §. LV. Turres, Portæ, Burgi Civitatum utplurimum Insignia sunt. §. LVI. Bracteati Turriti. §. LVII. Figura Bracteatorum è regno vegetabilium frequentissimæ sunt Rosarum. §. LVIII. E Regno Animalium sæpissime occurrunt Leones. §. LIX. Rarius Ursi. §. LX. Aquilæ tantum non ubique sunt obviæ. §. LXI. Aquila facie virginea civitatis Norimbergensis est. §. LXII. Numorum quamplurimi unâ pluribus figuris sunt notati. §. LXIII. Numorum sacrorum κριτήρια Mitræ, quæ non unius generis. §. LXIV. Signum Crucis, baculus item cruciatus, nec non pedum, pastorale. §. LXV. Signi

crucis

crucis variæ metamorphoses. Baculi item Cruciati varius usus in Numis æque ac in Processionibus publicis. §. LXVI. *De lituis, seu Baculis Episcoporum, eorumque varietate, deque numo Fig. III.* §. LXVII *De Gladio in numis Præsulum.* §. LXVIII. *Disceptatur de numo Fig.* XI. XII. §. LXIX. *Bracteatus Fig.* IX. ἀχάρακτος *explicatur.* §. LXX. *Bracteatus Episcop. cum duobus lituis, totidemque turribus in scenam producitur.* §. LXXI. *Vexilla, lituorumque involucra, nec non Præsules sedentes exhibentur.* §. LXXII. *Episcopus in numo bilaterali mitra fastigiata & libro conspicuus. Quis ille?* §. LXXIII. *Personæ Duæ in Bracteati latere uno.* §. LXXIV. *Quid de Imaginibus Christi & Sanctorum in numis sit habendum?* §. LXXV. *Bracteales coronis conspicui plurimam partem ducales sunt.* §. LXXVI. *Numi corona insignes. Fig.* XVI. *&* XL. *in scenam producuntur.* §. LXXVII. *Bracteati sceptris & baculis liliatis conspicui. Numus Ducis Brunsvicensis, Henrici Palatini, Fig.* XLI. *explicatur.* §. LXXVIII. *Alius Ducis Henrici Palatini numus illustratus.* §. LXXIX. *Objectio prædicti numi Auctorem concernens diluitur.* §. LXXX. *Numi Brunsvicenses.* §. LXXXI. *Numus bilateralis, Henrici donationem Archiepiscopo Bremensi factam significans. Ejus Figura est* XLII. §. LXXXIII. *Ejusd. Commatis numus, in reconciliationem Archiepiscopi Bremensis & Ducis Henrici.*

rici. Falconis in Bracteatis haud rari. §. LXXXIV. *Bracteati aquilam exhibentes, itemque lupum.* §. LXXXV. *Coronis insignes Bracteati complures. Cur plurimam partem Personæ in numis imberbes.* §. LXXXVI. *Barbæ absentia in vultibus Illustrium Personarum numismatognostam reddit difficiliorem.* §. LXXXVII. *Bracteati nuda capita exhibentes rari, & Principibus potius, quam Personis Ecclesiasticis, adscribendi.* §. LXXXVIII. *Numi Germanorum Clypeis, scutis & Vexillis conspicui.* §. LXXXIX. *Sunt & qui vexilla & turres exhibent.* §. XC. *Bilateralis, qui altero latere crucem, altero turres fornici impositas ob oculos ponit; nec non Brattealis, qui duos palos seu trabes sistit,* Bencken = Pfennig *vulgo dictus.* §. XCI. *Bracteati & laminares quidam suppletorii Helvetiis tribuendi.* §. XCII. *Conatus suos in explicandis figuris numorum antiquorum minus notis excusat auctor.* §. XCIII. *Finis Numorum Bracteatorum ex parsimonia partim, partim &* (§. XCIV.) *probitate nec non fide veterum Germanorum deducitur.* §. XCV. *Quo & numorum suppletoriorum, ceu audiunt, ratio & inopia spectant.* §. XCVII. *In qua tamen inopia beatiora sæcula superiora, quam in divitiis suis nostra.* §. XCVIII. *Numis memorialibus Bracteatos sunt, qui accensent; idque haud perperam plane.* §. XCIX. *Complures Bracteatorum memoriales sunt.* §. C. Κιγχροκιρδίαν *Bracteatorum Auctoribus quidam objiciunt;* §. CI.

§. CI. *Ut haberent Præsules, quo ædificia sacra instaurarent, reficerentque, Bracteati sæpe excusi sunt.* § CII. *De Inscriptionibus Bracteatorum, iisque Latinis.* §. CIII. *Cur in Bracteatis non æque ac in solidis, literæ compareant monasticæ,* Mönchs-Schrifften. §. CIV. *Æra Christiana in numis antiquis, Bracteatis inprimis, raro conspicitur. Cujus rei ratio redditur. It. De literis confuse formatis, in verbis &c. in Bracteatis.* §. CV. *Inter alia Bracteatorum Adjuncta valoris potissimum eorum ratio habenda.* CVI. *Ejus notitia insignis plane usus.* §. CVII. *A scriptoribus passim commendatus.* §. CVIII. *Bracteatorum minoris moduli pretium valorque.* §. CIX. *De Libris* (Pfunden) *veterum, earumque partibus. Libra Romana, Coloniensis, &c.* §. CX. *De Marcis superiorum, inferiorumque seculorum.* § CXI. *De Fertonibus medii ævi.* § CXII. *Talenta Germanorum quæ & qualia* § CXIII. *Eorum valor & pretium pro diversitate seculorum diversum.* §. CXIV. *De libris Pfenningorum, seu Denariorum minorum,* Pfund-Pfennige, *vulgo dictis.* §. CXV. *De Talentorum & librarum numorum Halensium* (Pfund-Heller) *diversorum seculorum valore diverso.* §. CXVI. *De solidis Denariorum & Halerorum, vulgo* Schilling-Pfenningen, Schilling-Hellern, §. CXVII. *De Denariis veteris Romæ, mediique ævi, aureis & argenteis.* §. CXVIII. *De Numis Turonensi-*

 bus

bus, Turnosen *vulgo dictis.* §. CXIX. *De Florenis superiorum æque ac recentiorum seculorum, aureis ac argenteis.* §. CXX. *De Florenorum argenteorum Uncialium, Thalerorumque, prima origine.* § CXXI. *De Florenis ævi nostri semuncialibus, eorumque incunabulis.* §. CXXII. *Cruciatorum* der Kreutzer, *Alborum*, der Weißpfennige, *Batzionum*, der Batzen 2c. *prima ætas & valor antiquus.* §. CXXIII. *Duratio & abolitio Bracteatorum, causæque abolitionis.* §. CXXIV. *Numorum bilateralium & elegantioris fabricæ origo.* §. CXXV. *Epilogus.*





C. D.

§. I.



Et in literarum ſtudiis capeſſendis egregia Providentiæ divinæ monimenta occurrere & veſtigia, non eſt, me quidem judice, quod dubitemus. Temperamentis, quæ non naturæ magis, quam Deo, debemus, reguntur inclinationes & affectus humani. Inde idem qui velint, nolintque idem, ſunt pauciſſimi. Non omnes ad literarum ſtudia nati ſunt; & qui ad ea nati, iisdem non omnes pariter delectantur, non capiuntur omnes. Eſt, quem ſacra juvant; averſatur alius. Themin colit & forum alius; alius ſpernit, & Medicorum caſtra ſequi mavult, cum de certo ſtudiorum genere judicium inſtituitur. Nec, qui in Philologorum, Philoſophorum ac Hiſtoricorum arena deſudant, idem omnes volunt, idemque nolunt. Videas in ſcholis, nondum ſæpe ſufficienter ſatis jactis ſtudiorum fundamentis, magno quosdam animi impetu ferri ad orationem ligatam, ſ. Poëſin, quam cane pejus & angue, quod ajunt, fugiunt & averſantur alii. Qui ſumma animi contentione Orientis exquirunt monumenta, & ejus linguas excutiunt, numerus haud exiguus eſt. At, qui, quæ Occidentis ſunt, & quas Linguas Exoticas vulgo dicunt, præferunt, haud forte numeraveris. Sordent hodie pleriſque omnibus, quæ ſuperior ætas plurimi æſtimavit, fecitque maximi, de Ente

Divinæ Providentiæ ad diverſa literarum ſtudia diverſa debetur inclinatio.

Philosophemata, paucique in Scholis sunt, qui tricas istas amant, pauciores, qui commendant. Toti contra alii sunt in Philosophia morali; in naturali alii. Quibus Mathematica cordi sunt & curæ, omnes in eis nervos contendunt, &, quam possunt, navant operam. In re Historica nullam non voluptatem quærunt omnemque adeo in ea solertiam ponunt nostræ ætatis cultiora ingenia quamplurima. Nec desunt, qui in Antiquitatis monumentis quibuscunque excutiendis, illustrandis, stabiliendis, sedulo desudant, immoriunturque, & nostro quidem hoc ævo, quod haud abs re *Historicum* dixeris *Seculum*.

§. II.

Artes etiam & litterarum Studia à Deo suas habent Periodos.

Est nempe & temporibus suus genius, ingeniumque; nec omnis fert omnia ætas. Summa Imperia & Respublicæ Periodos suas habent: Sed & Artes habent & scientiæ, ita, ut sordeat tandem, quod vel maxime placuerit olim. Addo: cum hodie Artes & Scientiæ pleræque omnes ita sint exhaustæ, ut ne spicilegium quidem superesse putetur; nova subinde materia novique labores, ne marcescant ingenia, quærendi, subeundi, exantlandi, & nova quandoque, quâ exerceatur & affligatur insatiabilis curiositas, crux. Quæ, quin fiant providente & decernente supremo Numine, summoque rerum arbitro, nullum sane dubium. Omnium namque in eodem argumento si versaretur solertia, omnibusque idem & omni tempore si placeret studium, & eandem omnes si deamarent & excolerent disciplinam, ceteris ubi derelictus foret locus? Omnium animus ad sacra si ferretur, quis Themidos vacaret studio? omnisque si deperiret, quæ fori sunt, Artem medendi excoleret nemo. Et finge, omnes in excolenda Philologia conspirare & in studio linguarum: nonne de vitæ duce, veritatis luce, virtutis indagatrice, Philosophia, actum foret? Deus adeo est, rerum humanarum sator, satorque, qui ut omnes

sar-

fartas, tectasque servet & conservet Artes, earumque nulla negligatur, & susque deque habita pessum eat, divinioribus, nobilioribusque ingeniis diversissimas, & singulis quidem alias, animorum indidit ὁρμὰς, inclinationes, voluntates & studia, ut nulla non Artium, disciplinarumve suos sortiatur ac habeat æstimatores, admiratores, cultores; suaque adeo cuilibet constaret dignitas, amor, studium.

§. III.

Historicum modernum diximus Seculum. a) Pauci extiterunt ævo superiori, qui, qua par erat, solertia ac industria, ex veris & genuinis Historiæ (Patriæ cumprimis nostræ,) fontibus ea hauserint ac memoriæ prodiderint, quæ curiosis rei Historicæ æstimatoribus ex asse satisfecerint. Parum juvant Compendia & Epitomæ, quæque circumferuntur, Enchiridia, Historiarum Flosculi, Hypomnemata, &c. Ex ejusdem farinæ libellis compilata & transcripta, quæque generalia sunt & communissima, nosse, vulgi est; & quæ lippis, quod ajunt, & tonsoribus nota, parum afficiunt, parum delectant. Fabulosa est Antiquitas, & quæ de Troja jactantur & antiquo Latio, exsibilat prudentior ætas. Particularia, & quæ nostra, nostræ ætati placent, sed quæ vera, quæ ἀξιόπιστα. Hinc Diplomata, Præcepta, Historicorum coævorum Annales, Chronica, Diaria, Memorias, Monumenta manuscripta, &c. ex intemeratis Principum & Rerumpublicarum Archivis, b) Bibliothecis item,

Historicum nostrum seculum haud curat vulgaria: Specialia & certis rerum monumentis collegit;

a) Scite scribit Ill. Cancellarius, Dn. *de Ludevvig*, l. c. c. 11. §. 1. p. 8. Da man die dreyhundert Jahr, in welchen Teutschland Wissenschafft treibet, bald mit den Orientalischen Sprachen, bald mit der streitigen GOttes-Gelahrheit; bald wieder mit Verfechtung der Römischen Gesetze; bald mit Schul-Weißheit, dem Aristotele, Thoma und Scoto, zu thun gehabt/ die Köpff und Hände müde gemacht: so scheinet es/ daß unsern Zeiten die Treibung der natürlichen und Historischen Wissenschafften vorbehalten seye. rc.

b) Conf. Celeberr. *Junckeri* Anleitung zur Geographie der mittlern Zeiten/ P. 1. c. 1. §. VII.

item, Monasteriorum inprimis, rarioribus petita; quibus Marmora denique & Numos c) addo, & si qua alia sunt Arcana, d) conquirit, scrutatur & exponit ævum nostrum solertius, feliciusque.

§. IV.

Inque numis etiam, quorum cura & studium commendatur, reperit.

In Numis hoc quidem loco, subsisto; in quibus comparandis, colligendis ac dignoscendis, ad Historiam profanam æque ac sacram illustrandam, a) quod, quæso, ævum, nostro studiosius fuit, curiosiusque? b) Numos autem hic cumprimis Germanorum specto & expeto, eosque Seculorum superiorum: quorum notitia quantum usum non Historiæ modo, quod dixi, sed & universæ rei litterariæ, c) imo vel ipsi Reipublicæ, d) cui etiam eo nomine commen-

c) Ut *qui*, teste *Morhofio*, Polyhist. Tom. I. Lib. V. c. 11. §. 2. *plus interdum loquuntur quam ipsi auctores, & repræsentata in iis picta rerum publice gestarum, antiquitatum, historia, rerum harum indagatores mire juvant.*

d) Ib. §. 50. p. 25. sq. Ἀξιομνημόνευτα maxime Exempla, quæ h. l. exhibentur.

a) Quantum ad Historiam illustrandam & corroborandam studium Numismaticum faciat, pluribus docet rei antiquæ numariæ peritissimus, *Cl. Olearius*, in seiner curieusen Müntz-Wissenschafft, P. I. §. 11. p. 12. sqq. Conf. M. Rev. *Dan. Ringmacheri* Tr. Histor. Polit. de Nummis, p. 46. sqq.

b) Rem Numismaticam Patriæ suæ scriptis publicis illustrandi, Historiæque suppetias ex ea ferendi, prima initia deberi superiori cum primis seculo, Gentique Germanorum, scite contendit ac feliciter celeberr. *Tenzelius*, Dial. Menst. A. 1698. p. 825. it. p. 625.

c) Vid. Laudatus modo *Olearius*. l. c.

d) Inter commoda, quæ notitia rei numariæ Germanorum antiquæ, Reipublicæ præstat, haud postremum est, quod, comparatione cum pecunia nostra instituta, superioris ævi rerum pretium, nec non tributorum, censuum, vectigalium, &c. rationem nosse liceat. Vid. Nobilissimi *Moseri* Anmerckungen über Hrn. *Joh. Petr. de Ludewig* Einleitung rc. in Præfat.

mendatissima esse debet, e) pluribus eleganter & graphice cum Cl. *Oleario* docet magnus ille Polyhistor *Tenzelius:* f) utque omnes, qui ad Reip clavum sedent, in his Antiquitatis monumentis colligendis & sancte habendis omnem, quam possunt, navent operam, quam enixissime commonet. g)

§. V.

Quanta, quanta vero studii Numismato-Critici utilitas, quanta & jucunditas, nobilitasque a) tanta etiam ejus est dif- *Id, quod studium Numismaticum quanto utilius, nobiliusque, tanto etiam difficilius est.*

A 3 ficul-

e) Vid. B. *Jo. Andr. Schmidii* Epist. ad celeberr. *Liebknechtii* diss. Epist. de Num. Bract. Hassiacis. l. c.

f) Dial. Menstr. A. 1688. p. 626.

g) Ipsissima laudati Viri verba sunt. l. c. zu wünschen wäre, daß hohe Potentaten/ Häupter und Vätter unsers geliebten Vatterlandes, Teutscher Nation / diesen höchst-löblichen Exempeln folgeten, und ein jeder die Müntzen und Medaillen seines Landes in ein Cabinet fleissig auffsammlen, und durch einen geschickten Mann in Kupffer bringen und beschreiben liesse. Vor einen solchen Schatz würde ihm die Nachwelt nicht genug dancken können. Wir Teutschen haben ohnedem diese genannten Bracteos und Blech-Pfenninge, unter unsern alten Müntzen, als etwas sonderbares vor andern Nationen; ꝛc. B. vero *Schmidii* paulo ante laudati, verba habent: *Multum juvabit hoc propositum provida summorum Principum cura in eo posita, ut Bracteatorum collectiones, ubicunque locorum apud privatos fuerint, quovis pretio redimant, ne vel distrahantur, & in manus ignorantium veniant, vel aurifabrorum igne pereant, damno irreparabili.* l. c. p. 87. Conf. *Gisb. Cuperi* Tr. de utilitate, quam ex Numis Principes capere possunt, nec non Ill. *de Ludevvig* libell. paulo ante laudatum, C. XV. Quo adeo nomine *Cl. Olearius* l. c. §. 1. laude cumprimis dignissimum arbitratur Illustrissimum Comitem Schwarzeburg. DN. ANT. GUNTHERUM &c. de cujus Numophylacio celebratissimo haud ita pridem Gotham translato, vid. *de Ludevvig*, l. c. II. p. 9. sqq. & *Moserus*. l. c. p. 1.

a) De Nobilitate cumprimis studii Numismatici eleganter differit Cl. *Olearius*, l. c. §. 25. p. 46. sq.

ficultas. Δύσκολα nempe τὰ καλὰ, & quo quicquam egregium magis, tanto etiam arduum magis. Pulchre hac de re, & scite celeberrimus *Schmidius*, b) *Numos Bracteatos*, (de Romanis, Græcis, aliis, hic non attinet dicere,) inquiens, *inferior ætas, nobis reliquit, ut haberemus subinde novam materiam, vel crucem, quæ eruditos exerceat.* Sexcenti sunt, qui numos antiquos amant, laudant: at sexcentos inter vix decimus quisque est, qui κατ' ἀλήθειαν, quidque res sit, recte judicet, genuinos à falsis, veros à supposititiis, recte satis & accurate distinguat, inscriptiones, si habent, earumque abbreviaturas c) nec non literarum variorum seculorum variantes ductus, d) variasque figuras, e) ut de peregrinis linguis, Longobardica, Danicâ, &c. nil

b) Schediasm. de Numis Cathedral. p. 5. Conf. *Olearius* noster in Præf. Isagoges ad Numophylacium Bracteatorum.

c) De quibus consulantur Excellentissimi *Struvii* Bibl. Numismat. nec non Cl. *Christ. Frid. Rubenii* Specim. Philolog. Numismat. Lat.

d) Variantes literarum, cumprimis Latinarum, figuras & ductus à Sec. VI. ad Secul. usque XV. ante triennium, & quod excurrit, sub rubrica: *Specimen Veterum Scripturarum*, exhibuit, & Exceptis suis Genealogico-Historicis præmisit *Raym. Duellius*. Conf. celeberr. *Struvii* Anal. Litter. Fascic. I. Summi Viri, *Jo. Mabillonii*, in suo de Re diplomatica Commentario, summa hac in re merita laude nostra majora sunt. Et *Hilkes*, Anglus, clavem dedit. Daturum etiam se promisit Dn. *de Ludevvig*, in Critica medii ævi, quam expectamus. Vid. ejusd. Einleitung in das Teutsche Müntz-Wesen, c. XII. p. 154.

e) De his *Olearius* noster in Isagoge in Numoph. Bract. p. 4. 5. *Literarum veterum non apparent solum pictura, sed earum quoque scribendi varia ratio: Voces non raro à dextra in lævam ex currentibus literis cernimus inscriptas, &c.* Conf. Dn. *de Ludevvig*, l. c. C. XII. §. III. sqq. &, quem modo laudavi, *Olearius* in seiner curieusen Müntz-Wissenschafft, L. III. Ubi Cl. Auctor media ostendit, quibus ad Numismatognosian rite devenire queamus. Add. ejusdem Specimen paulo ante laudatum, Sect. III.

nil moveam, dignoſcat, & legere denique & intelligere ſufficiat. Sunt & Numorum perquam multi, quorum non literas ſolum, ſed & imagines ærugine, ævique dentibus, & ſi quæ aliæ ſunt temporis injuriæ, exeſas adeo & eroſas, eraſasque & corruptas videas, ut vel ipſe Argus, Oedipusque parum proficiant. De Bracteatis, *optimis*, teſte *Oleario* f) *Germaniæ antiquæ reliquiis*, (de quibus potiſſimum nobis ſermo,) quotusquisque, amabo, eſt, qui neſciat, eorum haud paucos, & è noſtris quidem plerosque omnes, omnino carere literis & Inſcriptionibus, & figuras ut plurimum exhibere, quas peritiſſimi harum rerum, inque hoc ſtudii genere verſatiſſimi exercitatiſſimique, Viri nullo plane pacto cognoſcere, haud raro etiam ne divinando quidem, quid ſibi velint, adſequi poſſint; vulgus vero, &, qui nunquam, rarius ſaltem, conſpexerit, neſcio, quos Priapos, ceu ſupra dixi, & deaſtros, dæmonesque; g) & qui denique rectius judicare didicerint, hominum, beſtiarumque potius ſimulacra & larvas, quam homines, beſtiasve ipſas, ne dicam, monſtra & portenta, interpretentur, formidentque? h)

§. VI.

Quæ ſane cauſarum haud poſtrema eſt, quod ſuperiorum Seculorum Eruditi haud pauci de optato è maximis, quibus cum conflictabantur in hoc ſtudiorum genere, difficultatibus, eluctandi ſucceſſu deſperantes manus admovere & animum auſi non ſunt, & ſi forte auſi ſunt & conati, cœpto mox deſtiterunt;

Illuſtrarunt vero publicis ſcriptis Ill. Spanhemius,

f) In Specimine univerſæ rei numariæ ſcientifice tradendæ §. 14.

g) Ita ſane vulgus de noſtris quibusdam ſtatuit, &, ſi quos videt, Priapos mox adpellat.

h) Hinc illæ formulæ: Abſcheuliche Geſtalten, Wechſelbälgiſche Abbildungen, die ſehr barmhertzig und fürchterlich heraus kommen, daß man nicht weiß / was man daraus machen ſolle. Vid. *ὁ πάνυ de Ludewig*, l. c. C. XI. Conf. Cl. *Leuckfeldius*, Antiqu. Numar. Halberſtad. p. 7.

runt; donec tandem felici fato, mente pariter & labore Herculeo rem aggressus est magnus ille togæ Heros, Ill. SPANHEMIUS, (quem *non rei solum publicæ, sed elegantioris etiam, atque antiquioris literaturæ decus, firmissimumque præsidium,* a) post fata b) etiam pie veneramur,) *de præstantia & usu Numismatum* fuse satis & luculenter commentans. c)

§. VI.

Speciatim rem numariam Germanorum Cl. Luckius.

Altero ab Ill *Spanhemio* loco dignus mihi videtur Argentorati quondam Decus, Senatorque, JO. JAC. LUCKIUS, An. 1653. æt. 79. fato functus. Primus ille è Germanis Patriæ Germaniæ Numos, aliquot eorum millibus collectis, scriptis publicis speciatim illustravit, & *elegantissimorum quorumvis, æri felicissime incisorum, Syllogen* luci publicæ exhibuit; plerarumque aliarum Gentium cultiorum, Gallorum, Anglorum, Danorum, Belgarum, &c. in eodem instituto Antesignanus non infelix. a) Utinam & *Sylloge* ejus *Seculi* XV. lucem vidisset publicam! cujus maximam partem se jam confectam habuisse, ipsemet scripsit. b) Sed & dolendum, quod Viri politis-

a) Verba sunt seculi nostri Polyhistoris celeberrimi, *B. G. Struvii*, in Præfat. Bibl. Numism. antiquorum. Quo de eleganti & raro libello vide sis *Bandurii*, Magni Etruriæ Ducis p. t. Bibliothecæ Præfecti, Bibliothecam Numariam, p. 115. & 217. Edit. Fabric.

b) Diem obiit supremum æternitate inter mortales, vel hoc nomine dignissimus, ὁ πάνυ *Spanhemius*, A. 1710. M. Nov. conf. Cl. *Leukfeld.* lib. cit. p. 7. sq.

c) Prodiit egregium plane opus Romæ primum, A. 1664. & auctius postea Amstelod. A. 1671. nitidissime vero Londini, A. 1706. cui accessit novus, isque alter, Tomus, post Ill. Auctoris obitum, An. 1717. Conf. *Morhofii* Polyh. Tom. I. Lib. V. c. 11. §. 2. pag. 227.

a) Vid. Cl. *Tenzelii* Dial. Menstr. ad A. 1698. pag. 615. Conf. *Wittenii* Diar. Biograph. suo loco.

b) Vid. *Tentzelius* ad A. 1694. p. 116.

litiſſimi Gazophylacium inſtructiſſimum Germanis eſt ereptum, Reg. Sueciæ ære comparatum & Holmiam ſubvectum.

§. VIII.

Fracta, quod ajunt, glacie, mox & alii rei numariæ, Germanorum cumprimis, ſtudioſi Virorum ſummorum legere veſtigia, & progredi ulterius, auſi ſunt; idque non inauſpicato. *Celeberrimus Olearius.* Ecquis enim eſt, quem fugiat, in re numaria Germanorum Veterum, quæ, quod iterum iterumque dicimus, heic loci maxime nobis curæ eſt, quid inter primos præſtiterit Arnſtadienſis Præſul digniſſimus, Ἱστορικώτατος, adeoque celeberrimus noſter OLEARIUS? a) qui, cum ſciret, Germanorum res, ipſorum numis illuſtrari poſſe & confirmari quam luculentiſſime, *Iſagogen* ad *Numophylacium Bracteatorum* Jenæ A. 1694. juris fecit & uſus publici. b) Quem libellum doctiſſimum mox & plura hujus generis comitata ſunt partim, partim & proſequuta Meletemata venuſtiſſima, c) quæ, nemo non optimorum Scriptorum Νομισματοφίλων recenſet, collaudat, atque commendat. d)

§. IX.

Nec magni Germaniæ Polyhiſtoris, W. E. TENTZELII, uti in *Nobiliſſimus Tentzelius.*

B

a) JO. CHRISTOPHORUS, Parente in eadem re verſatiſſimo Filius digniſſimus.

b) Libellus p. t. rarus, ut auctior, quod dudum promiſit Cl. Auctor, quamprimum nobis reddatur, ſummopere cupimus.

c) Alia Viri Clariſſimi ad inſtitutum noſtrum facientia Scripta, e. gr. *Specimen Univerſ. rei numariæ ſcientifice tradendæ*, *Spicilegia*, &c. non una vice in ſeqq. à nobis laudabuntur.

d) Quos inter haud poſtremi ſunt, & ipſi omnes in hoc ſtudiorum genere verſatiſſimi, *Ill. de Ludewig*, Lib. cit. C II. p. 13. *Leuckfeld.* Lib. cit p. 8. ſq. *Tentzelius*, l. c. it. *Bandurius*, Lib. cit. p. 115. 217.

in rem numariam univerſam, a) ita & in Germanorum numos merita, parvi ſunt facienda. Habet in *Dialogis* ſuis *menſtruis*, habet in *Bibliotheca* ſua *curioſa*, habet in *Hiſtor. Gothan. Supplementis* haud ſane pauca, quæ ad Hiſtoriam non minus rei Nummiſmaticæ Germanorum, quam explicationem variorum ejusdem generis Numorum, inſigniter faciant, deſerviantque. Quo & nomine ab *Ill. Ludevico* b) cumprimis laudatur. Laudat & Virum ſummum, ejusque in rem numariam extollit merita celeberrimus *Fabricius*, c) *Olearius*, d) alii.

§. X.

Inprimis Doctiſſimus Schlegelius.

Plane vero egregia in hoc nobiliſſimo ſtudiorum genere ſunt merita Viri clariſſimi, CHRISTIANI SCHLEGELII, Celſiſſimo Comiti Schwartzburgico - Arnſtadienſi ab Antiquitatibus quondam & Bibliotheca, & non ita longe poſt, egregio Arnſtadienſi Numophylacio Gotham translato, Sereniſſ. Duc. Saxo-Gothano à Secretis pariter & Antiquitatibus; qui, quantum in re numaria Germanorum valuerit, quave ſolertia Anti-

a) Quid celeberrimus *Tentzelius* in re numaria exterarum gentium explicanda & illuſtranda præſtiterit, hic non attinet dicere. Sed & ſexcentos alios numeres, qui de numis Romanorum, Græcorum, Ebræorum, &c. ſunt commentati. Adi, ſis, *D. Anshelmi Bandurii*, quem paulo ante laudavi, Bibliothecam Numariam à celeberrimo Polyhiſtore & Polygrapho, *D. J. A. Fabricio* cum Notulis & Indicibus A. 1719. Hamburgi Germanis exhibitam; nec non Excellentiſſ. *B. G. Struvii* Bibliothecam Numiſmatum antiquiorum, Jen. 16 3. juris publici factam, *Ringmacheri* Tr. Polit. de Nummis, alios.

b) Lib. cit. c. II. p. 15. ſq.

c) Apud *Bandurium*, Bibl. Numar. p. 118. ubi & laudis ſocium deprædicat Fratrem germanum *Polyc. Tentzelium*, ejusque Scripta publica exhibet.

d) In Præf. Iſagog. p. 4.

Antiquitates Patriæ illustraverit, Scripta publica, Dissertationes *de Numis Isenacensibus, Mülhusinis, &c. Schediasma de Cella Veteri; Tractatio de Nummis Gothanis, Cygneis, Coburgensibus, &c.* (quæ auctior altera vice prodiit Fr. & Lipf. A. 1725.) &, quod paulo post obitum Viri doctissimi a) lucem publicam adspexit, *Apotelesma de Nummis Abbatum Hersfeldensium*, opus posthumum; forte & alia, luculenter satis attestantur. b)

§. XI.

nec non Reverendissimus Abbas Schmidius.

Academiæ Juliæ decus quondam a) perillustre, Abbas Mariævallensis, D. JO. ANDR. SCHMIDIUS, in *Numis suis Bracteatis Numburgo-Cizensibus, Pegaviensibus*, nec non *Nummo Bracteato Henrico II. Comiti Blanckenburgico vindicato*, pluribusque divini ingenii monumentis, quid in Numismatognosia valuerit, orbem literarium curiosum egregie docuit. b) At vero, quem de Numis Brandenburgicis Tractatum sperare jussit νομισματοφίλος, lucem publicam aliquando num visurus sit? dubium. Alia etiam ad rem Germanorum monetariam facientia, quæ meditatus fuerit ὁ πάνυ, Universitatis Ludovicianæ insigne p. t. Ornamentum, JO. GE. LIEBKNECHT, Mathematum Prof. Publ. celeberrimus, & ipse in numaria re Germanorum veteri versatissimus, in dissertatione ad ipsum Episto-

ut & famigeratissimus Liebknechtius.

B 2

a) Obiit autem d. 17. Octobr. A. 1722. Vid. Cl. *Jo. Ge. Leuckfeldii* Præfat. der Historischen Nachricht von unterschiedenen alten und raren Bracteaten einiger Magdeburgis. Ertz-Bischöffe.

b) Conf. *Dn. de Ludevvig* l. c. *Moserus*, l. c. p. 1. *Leuckfeld*. Ant. Numar. Halberstad. p. 13. sqq. Coburg. Zeitungs-Extr. ad A. 1722. M. Oct.

a) Cœlo vero, quod lugens commemoro, redditus est πανδήμοις νομίσμασι βοώμενος ἀνήρ. Wormatiæ A. 1652. natus, anni, quem egimus, mense Junio. Vid. Coburg. Zeitungs-Extr. h. a. p. 121.

b) Viri summi in rem nummariam Veteris Germaniæ merita pluribus laudant laudati sæpius *Dn. de Ludevvig* lib. cit. c. II. p. 14. sq. & *Leuckfeldius*, Antiqu. Num. Halberst. p. 9. passimque alibi.

ſtolica, *de Bracteatis Numis Hasſiacis*, c) in pereleganti, laudatæ Diatribæ ſubjuncto Reverendiſſimi Abbatis, ejusdem Argumenti Reſponſo, nos edocet; teſtis ſummorum in univerſam rem literariam τȣ μακαρίτȣ meritorum locupletiſſimus, utque Schediasmate illo ſuo in locis etiam Rheno, nec non Franconiæ vicinioribus in uſu quondam Bracteatos fuiſſe Lectori perſuadeat, occupatiſſimus. d)

§. XII.

& Sperlingius, ὁ περι[illegible] cum Rev. Viro Jac. à Mellen;

Sed & Daniæ lumen clariſſimum, eſt Antiquarius è paucis celeberrimus, OTTO SPERLINGIUS, JCtus & conſiliarius quondam a) Regius, *in Epiſtola* quadam ad magnum Polyhiſtorem, JAC. à MELLEN, Theologum Lubecenſem, & ipſum quoque rei Germanorum numariæ ἐπιγνώμονα κριτικώτατον, *Epiſtola* quippe ejus *ad D. Sagittarium de antiquis quibusdam numis Germanicis*, b) abunde teſtatur) *de Numorum Bracteatorum & Cavorum noſtræ & ſuperioris ætatis Origine & Progreſſu*, c) quid de numis veteris & mediæ Germaniæ habendum ſit, perquam egregie nos docet. Nec parvi faciendus Li-

c) Prodiit Diatriba hæc Epiſtolica Helmſtadii in 4. cum annexo celeberrimi *Schmidii* Reſponſo, A. 1716.

d) Eſſe, qui in Franconia, ejusque confiniis, Bracteatos in uſu olim fuiſſe, ambigant, ſupra diximus.

a) Fato ereptus eſt Orbi Erudito d. 15. Maji, An. 1715. per annos multos Hiſtoriarum & Eloquentiæ in Alma Hafnienſi Prof. Primarius celeberrimus.

b) Vid. *Dn. de Ludevvig*, Lib. laudato, C. II. p. 16. nec non *Leuckfeld.* l. c. p. 11. & qui primo loco laudandus eſt, *Ill. Eccardus*, Monatl. Auszüge, Tom. I. p. 189. ſq. ubi & alia Cl. Viri ſcripta publica exhibentur; quæ inter locum haud poſtremum *Sylloge Nummorum ex argento Uncialium*, meretur.

c) Scriptum pulcerrimum, omniumque, quos explicat, Nummorum Figuras quoque exhibent Collectores Nov. Liter. Septentr. ad A. 1700. p. 111, & p. 242.

Libellus ejusdem Auctoris doctissimus *de Numis non cusis tam veterum, quam recentiorum.* d)

§. XIII.

Excellentissimus denique Dn. de Ludevvig.

Tantum non omnibus vero, quos laudavimus, & posteritas est collaudatura, palmam præripit, adeoque primo loco cumprimis dignissimus est, Fridericianæ Universitatis p. t. Cancellarius gravissimus, JO. PETRUS de LUDEWIG; cujus toties commendata *Introductio in rem Germanorum medii ævi numariam*, sub rubrica; Einleitung zu den Teutschen Müntz-Wesen mittlerer Zeiten, a) quantum apud prudentes hujus generis deliciarum æstimatores applausum meruerit, vel ex eo colligi potest, quod mox ita distracta fuerint pulcerrimi libelli exemplaria, ut, qui p. t. eorum cujusdam compos fieri possit, felix putetur. Utque adeo novam libelli, eandemque auctiorem, editionem nemo non expetit: ita desiderio haud minori, Auctori Nobilissimo otium, firmamque valetudinem apprecantes, expectamus, quod dudum Νομισματοφίλοις salivam movit, insigne *Opus omnis generis Numos Germanæ Gentis vetustissimos, eosque æri incisos & luculentissime illustratos* b) *exhi-*

d) Hoc. & reliqua Sperlingiana, recenset, laudat & commendat paulo ante laudatus *Excerpt. Hannov. Auctor* ad A. 1700. p. 754 sqq. 189. sqq. & p. - o. sqq. Conf *Lenckfeld.* l. c.

a) Lucem publicam vidit libellus jam hoc nostro tempore rarissimus Halæ Venedorum A. 1709. Et sane de bonis etiam libris valet, quod *Sulmonensis* ille *Vates* cecinit:

Optima prima fere manibus rapiuntur avaris,
Implentur numeris deteriora suis.

b) Promisit Vir Celeberr. Tom. III. Reliquiarum MSStorum omnis ævi diplomatum, p. 13. §. 5. & his quidem verbis: *Præterea, ut Germanica moneta numos possideo inde à temporibus Ottonum vetustissimos:*

exhibiturum. Ejus *Specimen*, *Numorum* maxime *Brandenburgicorum veterum*, laudatarum modo Reliquiarum MSS. diplom. Tom. VII. manibus haud ita pridem capessivimus cupidissimis; Introductionem vero paulo ante laudatam Animadversionibus c) haud ita pridem illustravit & auxit celeberrimus *Moserus*, d) & ipse, quod paulo post dicemus, earundem deliciarum amator & propagator studiosissimus.

§. XIV.

& Heineccius à νομισματοφίλης;

Habet & inter celebres Νομισματοφίλης medii ævi nomen clarissimum Vir quondam maxime reverendus, D. JO. MICH. HEINECCIUS, Ducatus Magdeburg. primi Ordinis Theologus, A. 1722. d. 11. Sept. viventium, adeoque celebrium Seculi nostri Historicorum, numero ereptus; cujus extat *Numorum Goslariensium*, *antiqui pariter ac recentioris ævi, Solidorum æque ac Bracteatorum, Sylloge*, Tr. summi Viri, *Antiquitates Goslarienses* inscripto, subnexa. a) Nec parum juverit rei numariæ medii ævi studiosos insigne ejus *de Sigillis* Vet. Opus. De quo

mos: ita etiam exhibeo æri incisos, assignatis cuique generi classibus. In prima dabo Imperatorios, *in altera* Ducales, *in tertia* Episcopales, *in quarta* Comitum, *in quinta* Abbatum & Abbatissarum, *in Sexta* Civitatum, cum Imperialium, tùm Provincialium. Conf. ejusd. Mantissam de Bracteatis Halensibus (Halenses & Hallenses promiscue scribunt Autores,) laudatæ Introductioni subnexam, §. 1. It. Nobilissimi *Moseri* Anmerck. ꝛc. in Præf. nec non Cl. *Leuckfeldii* Historische Nachricht, von verschiedenen Bracteaten / einiger Magdeburgis. Ertz-Bischöffe, in Præf.

c) Rubrica libelli, quem modo laudavimus, est: *Joh. Jac. Mosers* von Filseck und Weyhlerberg / Anmerckungen über Herrn Jo. Pet. von Ludewig, Einleitung / ꝛc. Stuttgart. 1722. 8.

d) Vid. paulo infra §. XVIII.

a) Vid. Cl. *Leuckfeld.* Antiq. Num. Halberstad. p. 17.

quo quid habendum, pluribus *Polycarpus Leyserus* nos b) edocet.

§. XV.

Agmen ſcriptorum de re numaria Germanorum medii & ſuperioris ævi hic nobis claudant DAV. HOTTINGERVS, & quem plus ſimplici vice laudavimus & laudaturi ſumus, JO. GE. LEUCKFELDIUS; & ille quidem *diſſertatione de Nummis Bracteatis Tigurinis*, a) clarus; hic vero Antiquitatum Halberſtadienſium, &c. Indagator feliciſſimus, Paſtor olim Gröningenſis Primarius, nec non Reg. Scientiarum Societatis apud Boruſſos Collega digniſſimus: Cujus non ſolum *Antiquitates Nummariæ Halberſtadienſes*, b) liber multifariæ lectionis æque ac Eruditionis Hiſtoricæ refertiſſimus; ſed & *Bracteati Magdeburgenſes*, c) nec non *Merſeburgenſes* Eruditorum manibus feliciter teruntur. Alia Viri ἱϛορικωτάτȣ, quæ laudat & in Præf. dictarum Antiquitatum commemorat celeberrimus & in re numaria veterum inter paucos etiam verſatiſſimus, peritiſ-

quorum agmen claudunt doctiſſimus Hottingerus, & non incelebris Gröningenſium in Saxonia Theologus, Leuckfeldius;

b) Commentat. de Contraſigillis medii ævi.

a) Lucem publicam adſpexit hæc Diſſertatio Tiguri A. 1702. 4. diſplicet *Cl. Schlegelio* in de Num. Abb. Hersfeld. pag. 79. quod ſcripſit *Hottingerus* p. 3. Notandum eſt, ab initio Bracteatos minori forma prodiiſſe: qui autem admodum lati conſpiciuntur, eos inferiorum temporum, cumprimis Monaſteriorum & templorum, eſſe productionem.

b) Libri Rubrica eſt: Hiſtoriſche Beſchreibung vieler alten raren Bracteaten und Blech-Müntzen; ſo verſchiedene geweſene Halberſtädtiſche Biſchöffe, wie auch Magdeburgiſche Ertz-Biſchöffe, und etliche Quedlinburgiſche Abbatiſſin prägen laſſen. Leipzig, 1721.

c) Tr. Titulus eſt: *Jo. Georg. Leukfelds* fernere Hiſtoriſche Nachricht von unterſchiedenen alten und raren ſilbernen Bracteaten, oder Blech-Müntzen einiger Magdeburgiſchen Ertz-Biſchöffe; Halberſtadt 1723.

ritiſſimusque, *D. Juſt. Chriſtoph. Böhmerus*, prelo parata Meletemata brevitatis ergo h. l. prætereo. d)

§. XVI.

Quique obiter in ſcriptis ſuis rem Germanorum numariam illuſtrarunt: quorum numerum augent Til. Friſius, Joh. Schilterus,

At vero nec & illi laude ſua defraudandi ſunt, qui in aliis ſcriptis ſuis pubicis, ὡς ἐν παρόδῳ & obiter, rei monetariæ Germanorum medii ævi illuſtrandæ operam navarunt laudabilem. Et iſto quidem encomio digniſſimum inter primos judico Civitatis Göttingenſis ſub finem Sec. XVI. Conſulem graviſſimum, *M. Tilemannum Friſium,* a) cujus non in elegans libellus, b) ſub rubrica: Müntz-Spiegel, multorum in re numaria labores multum juvit, promovit, illuſtravit. c) Quo etiam nomine de Jurisprudentia Gentis Germanicæ inſigniter meritum, *Joh. Schilterum*, Academiæ Argentoratenſis decus quondam perilluſtre, d) ex merito laudat, commendatque, ſed & corrigit, celeberrimus *Dn. de Ludevvig;* e) qui & ſocios laborum

D. Major,

æque ac laudum in hoc ſtudii genere ei jungit *D. Majorem,*

d) Conf. M. Tob. Eckardi Lebens-Beſchreibung Herrn Joh. Ge. Leuckfelds, nebſt richtiger Verzeichnis ſeiner Schrifften. Ipſius vero celeberrimi *Böhmeri* in rem nummariam Veterum merita debitis laudibus cum *Bandurio* ſuo proſequitur ſummus Seculi noſtri Polyhiſtor, J. A. *Fabricius*, l. c. p. 226. ſq.

a) Mirum, quod nec *Bandurius*, nec *Fabricius* meminerit *Friſii*. Sed noli mirari: Solam Romanorum Græcorumque rem numariam curant illi.

b) Prodiit iſte A. 159·. Francof. 4.

c) At vero & nævos ſuos habere librum ſibi, adeoque & aliis, perſuadet ὁ κριτικώτατος Tentzelius, dial. Menſtr. A. 1689. p. 895. A. 1698. p. 6·7. quibus ut purgetur, ne lector decipiatur, optat.

d) Occidit ſplendidiſſimum iſtud orbis literati Sidus d. 14. Maji An. 1705.

e) Introd. in rem numariam Germaniæ mediæ C. II. p. 17. ubi τῷ μακαρίτῃ de Libert. Eccleſ. Germ. Libros, & inprimis III. C. IX. laudat. Conf. p. 7.

rem, πολλῶν ἀντάξιον ἄλλων, f) Nobilissimum *Wedelium*, τὸν πάνυ, *Molanum*, alios, qui, quod diximus, in scriptis suis publicis ὡς ἐν παρόδῳ medii ævi numos instituto suo deservientes explicarunt, illustrarunt; inque Gazophylaciis suis ad Reip. literariæ usum ac emolumentum, studiose asservant, amant, augent. g) *Wedelius, Molanus,*

§. XVII.

Sed & Viri summi, Historicorum ætatis nostræ Princeps, Illustris *Jo. Ge. Eccardus*, ὁ πολύγραφος, a) & Excellentissimus *Schmidius*, Aulæ Hanoveranæ Consiliarius celeberrimus, h. l. non sunt prætereundi; quorum ille edito haud idem pridem *Cimeliarchio Ebneriano*, b) nec non *Historia Genealog. Stemmatis Brunsuico-Luneburgensis*, quid in re Germanorum numaria valeat, luculenter satis ostendit; alter vero incomparabili Numismatum Germaniæ antiquæ thesauro multis Νομισματοφίλοις ad illustrandam medii ævi Historiam egregie prodest, à Cl. *Leuckfeldio* c) idcirco mox Amici summi, mox suo ipsius nomine, compellatus, collaudatusque. *nec non Ill. Eccardus, Consultissimusque S. H. Schmidius.*

C §. XVIII.

f) in seinem bevölckerten Cimbrien. Quem librum multoties laudat & Animadversionibus illustrat supra laudatus *Sperlingius*, in de Origine & Progressu Num. Bracteat.

g) Vid. laudatus *Dn. de Ludevvig*, l. c. p. 19. sq.

a) Pleraque Viri summi omnia, ad Historiam æque ac rem literariam facientia, scripta recensentur sub finem Cimeliarchii Ebneriani, Ebnerisches Kleinodien-Kästlein inscripto. Quibus addimus, quæ nuper demum prodiit, Notitiam Sedis Regiæ Salisburgensis in Franconia, l. Gründliche Nachricht von der Kayserl. und Königlichen alten Saltzburg, und dem Pallast Saltz in Francken; H. Diss. de *Apolline Granno Mogouno*; & quæ sub prelo sudare dicitur; *Historiam Franconiæ Orientalis*, l. Antiquitates Ducatus Franconiæ. Vid. Fränckis. Act. Erud. V. Sammlung, n. 1.

b) Rubrica Scripti elegantissimi, ceu modo diximus, est: Ebnerisches Kleinodien-Kästlein, &c. in 4.

c) In Antiqu. Nummar. Halberstad. & alibi passim.

§. XVIII.

Quo pertinent, qui idem meditantur,

Sunt & alii Viri in Republica literaria celeberrimi, qui Historiam & rem monetariam Germanorum medii ævi καδύναμιν juvare & publicis Scriptis promovere animum induxere suum, suasque φροντίδας orbi curioso polliciti sunt, & partim etiam nunc promittunt, ac procul dubio præstabunt. Illorum agmen ducunt Altenburgensis quondam Superintendens Generalis *D. Christfr. Sagittarius*, a) nec non *Caspar* & *Paulus* ὁμώνυμοι, Viri in hoc studiorum genere versatissimi. b) Et Noricorum Academiæ quondam Decus insigne, τὸν πάνυ *Wagenseilium*, c) de *Re Nummaria Veterum Germanorum* Commentarium meditatum fuisse, memoriæ proditum est. d) Quid promiserint Viri etiam Numismatocritices peritissimi, & vice plus simplici laudati. Abbas *Schmidius*, & *Dn. de Ludevvig*, supra diximus. Promisit idem, & promissis stabit, Nobilissimus *Moserus* in suis ad celeberrimi, modoque laudati *Dn. de Ludevvig*, Introduct. in rem numar. medii ævi Animadversionibus,

Christfridus, Casp. & Paulus Sagittarii, Wagenseilius,

J. A Schmidius, Dn. de Ludevvig, Moserus, alii.

a) Viri in utraque Cathedra longe meritissimi merita & fata (obiit autem A. 1689.) pluribus collaudat celeberrimus Abbas *Schmidius* Comment. de Vita *C. Sagittarii*, pag. 9. *Pippingus* it. in Memor. Theol p. 310. alii.

b) Studia laudatæ Sagittariorum Trigæ in re Germanorum numaria, in universum, commendat celeberrimus *Tentzelius*, Dial. Menstr. A. 1689. p. 441. Nobilissimus Excerpt. Hanov. Auctor ad A. 1700. p. 191. Reverendiss. *D. Schmidius*, in Epistola Excell. *Liebknechtii* Comment. de Num. Hassiacis subnexa, nec non *Cl. Leuckfeld* in Antiq. Halberstad. Numar. p. 18.

c) Fato in Instituto præpeditus diem obiit supremum Vir optimus d. 8. (alii 9.) Octob. A. 1708. æt. 72. & ipsi *Bandurio*, aut *Fabricio* potius, ob merita in rem monetariam laude dignus visus, lib. cit. p. 222.

d) Prodidit autem memoriæ laudatus Hanov. Excerpt. Auctor ad An. 1700. p. 191.

bus, e) istas in hoc scribendi genere lucubrationes haud postremas sibi fore, commemorans. f) Forte & *Ill. Eccardus* in *Antiquitatibus*, quas meditatur, *Franconiæ Orientalis*, numis etiam medii ævi, Francorum cumprimis, (prouti nuper demum *Cl. Joannis* in Scriptoribus, rebusque Moguntinis Tom. ult. fecit,) haud parum lucis, splendorisque fœneraturus est, sibique, quo dignus, applausum haud mediocrem.

§. XIX.

His, & forte pluribus, qui aut notitiam meam, aut memoriam effugiunt, a) egregiis de re monetaria Germanorum, medii cumprimis ævi, Scriptoribus, sedulisque Commentato- *Et his auctoribus, ducibusque egregie exculta est Historia rei numariæ medii ævi,*

C 2

e) In Præfat. libelli. Conf. *Cl. Leuckfeld.* de Bracteatis Magdeburg. Præf.

f) Verba ejus habent: Ich kan versichern, daß, wenn mir GOTT das Leben fristen wird, dieses nicht die einige Schrifft in dieser Materie von mir seyn, sondern fürnemlich das Müntz-Wesen von Ober-Teutschland durch mich, so viel möglich, erläutert werden solle.

a) Effugere autem inclyta nomina; *Paul. Hachenbergii*, qui in *Germania sua media*, Diss. X. *rem nummariam Veterum Germanorum* exhibuit; *Marq. Freheri*, cujus Lib. II. de *re monetaria Veterum Romanorum, &c. & hodierni apud Germanos Imperii*, (de quibus *vid. Fabricius* apud Bandurium p. 34. sq.) extant; *Cl. Weinrichii* cui diss. *de Ortu & Progressu rei nummariæ, inprimis apud Germanos*, debemus; *Dav. Thomani ab Hagelstein*, cujus Acta Publica Monetaria, quorum P. I. Die Historie vom Teutschen Müntz-Wesen, ꝛc. per omnia Secula post C. N. exhibetur, non ignota; quique inter primos laudandi, *Leonh. Willibald. Hofmanni*, Circuli Franconici quondam Generalis, quem vocant, Exploratoris Monetalis, (des Fränckischen Creyses General-Müntz-Wardeins, Libro elegantissimo, alter und neuer Müntz-Schlüssel inscripto, celebris; & Auctoris Commentationis de Grossis Saxonicis, cujus rubrica: Nachricht von Ankunfft ꝛc. derer in Sachsen ꝛc. gemüntzten Groschen. &c.

tatoribus, Scrutatoribus, promotoribusque, quanta brevi studiorum isthoc genus ceperit incrementa, quove Successu difficultates in eo, eædemque insuperabiles non nullis visæ feliciter superatæ sint & evictæ; quidve denique, ducibus hisce & antesignanis perquam strenuis, fracta auspicato glacie, sperandum sit & expectandum, b) facile sane ominandum est; id certe profecto, quod in plerisque artibus, scientiisque tantum non omnibus, quæ ceu dixi, pleræque omnes à principiis tenuissimis summa tandem ceperunt incrementa, & omnimodam pæne perfectionem. Quid? quod suo jam tempore, quod & supra commemoravimus, Cl. *Olearius universæ rei numariæ scientifice tradendæ specimen* ob oculos posuit, inque lucem publicam emisit. c)

& indies magis excolitur.

§. XX.

Antiquissimi Germani mercium potius permutatione, quam nummis, usi sunt.

At vero non nisi medii, &, quod hoc sequutum est, ævi rem Germanorum monetariam laudatos Auctores plerosque omnes persequutos esse, & partim etiamnum persequendam meditari, tenendum: Ulterius, qui excurrerint, parum certe dixerint. Quotus quisque enim est, qui ignoret, nullum plane priscis temporibus apud Germanos pecuniæ a) fuisse usum, sed antiquissima, sanctissimaque, secundum *Homerum*, b) mercium

b) Haud vulgaria sane sperare jubet & expectare *Dn. de Ludevvig*, l. c. p. 8. Conf. *Olearius* in Præfat. Isagog p. 4.

c) Prodiit libellus elegantissimus Jenæ A. 1698. atque rarus admodum factus, quod certissimum bonorum librorum κριτήριον est, auctior ut edatur, & locupletior maximopere optandum. Laudat libellum celeberrimus *Tentzelius*, Dial. Menstr. A. 1698. p. 628.

a) In stricto puta, eoque proprio pecuniæ sensu, ut docet & bene distinguit *Cl. Mollerus* in Diss. de Pecunia §. IV. Conf. *Frisii* Müntz-Spiegel, p. 83. Excerpt. Hannov. Auctor, ad An. 1700. p. 775.

b) Iliad. Ραψωδία κ. Ἔνθεν ἄρ' οἰνίζοντο καρηκομόωντες Ἀχαιοὶ ἄλλοι μὲν χαλκῷ, κ. τ. λ. Conf. Scholiastes ad v. 79. Il. φ. laudatusque *Mollerus*

cium permutatione & compensatione eos fuisse gavisos ? c) donec tandem sequiori tempore Galliæ proximi, *Tacito* teste, d) ob usum commerciorum commodiorem, e) à Romanis maxime inducti, aut seducti potius, aurum & argentum in pretio habere illi cœperunt, & veterem, f) diuque notam pecuniam, Serratos g) maxime, Bigatosque h) num-

E Romanis numis primum in delicìis fuere Germanis Serrati & Bigati.

C 3

lerus, diss. de Pecunia, §. IX. X. *Conringius*, ὁ πάνυ, Disp. de re nummaria in Rep. quavis recte constituenda, §. IV. sqq.

c) *Mollerus*, l. c. §. X. Cl. *Vetterus* in Comment. ad Taciti German. c. V. p. 27. sq. *B Kirchmajerus*, Comment. in Tac. de German. p 92. sq. Celeberr. *Dithmarus*, Comment. Pragmat. in eund. libell, p. 30. sq. *Hachenberg*, Germ. med. Diss. X. §. 11. p.m. 354. sqq. *Fungerus* Etymol. Gr. Lat. 650. Conf. Excellentissimus Gundlingianorum Auctor P. XXXI. n. III. §. XX. sqq.

d) In aureo suo de Moribus German. libello, c. V. Conf. quos laudavi, Commentatores.

e) Est videlicet finis numi, *ut cedere possit in commercia, ac omnia valere: & is demum verus perfectusque nummus est, qui potest esse omnia;* Sunt verba laudati *Conringii*, Disp. de re nummaria in Rep. § IX. Conf. Viri clarissimi, M. *Dan.* Ringmachers, Tr. Histor. Polit. de Nummis, c. 1. §. XVII. sq.

f) Quid adeo mirum, si & hodienum numis maxime antiquis delectentur Germani φιλάργυροι? βέλτιςον quippe τὸ πρεσβύτατον.

g) de Numis Romanorum Serratis vide, sis, Commentatores in *Tacitum* de German. Moribus; cumprimis Berneggerum Quæst. in *Tacit.* Germ. XIX. *Fungerum*, Lexic. Etymol. p. 1069. *Olearium*, in seiner Müntz-Wissenschafft, p. 69. 81. 94. Ej. Specimen Univ. Rei Numar. §. 15. ad lit. f. & Isagog. ad Numophyl. Bracteat. p. 10. sqq. Celeberr. item *Wedelium*, de Nummis Serratis, Caduceatis, & capite velato; *Cl. Ringmacherum*, Tr. Histor. Pol. de Nummis, §. III. p. 40. *B. Jentzelium*, Dial. Menstr. A. 1689. p. 897. sqq. *Hoffmanni* Müntz-Schlüssel, Lib. 1 p. 113. P. Jobertum, Soc. Jes. in opere Nobili (prout audit *Cl. Bandurio*, l. c. p. 413.) & plane egregio, *la Science des Medailles antiques & modernes, pour l'instruction des personnes, qui s'appliquent à les connoitre*

h) nummos, amplexati sunt; & ita sensim, i) si non omnes, aliquas saltem, Germanorum nationes, ista etiam irritamenta malorum, pretiosaque pericula, k) devenere. l)

§. XXI.

---

noitre, inscripto. Librum elegantissimum, quod ὡς ἐν παρόδῳ commemoro, haud ita pridem orbi erudito lingua Germ. vernacula exhibuit celeberrimus Norimbergensium Theologus, Thesauri Numismatum hodiernorum, aeri incisorum, cumque explicatione latina & Germanica editorum fol. Auctor, *Joach. Negelinus*, in optimis quibusvis literis longe versatissimus. Quid de Serrato nostro, in agris etiam nostris Nordgaviensibus haud ita pri-
Fig. LIII. dem reperto, quem Fig. XLI. exhibet, ego quidem sentiam, alio exponam loco.

h) Nummos Bigatos ab insculpto ipsis curru cum equorum *biga*, ita appellari, nullum esse dubium cum aliis contendit Nobilissimus *Dithmarus*, l. c. p. 31. Hinc & pari ratione Serratos, à Serrae illis impressa imagine, dici censuerunt *Althamerus*, *Alex. ab Alexandro*, *Fulv. Ursinus*, *Pierius Valerius*, *B. Rhenanus*, *Willichius* alii. Quibus ut & nos, invitis quamvis haud paucis, suffragemur, nostri, quem produximus, figura suadet, monet. *Conf. Matth. Hostus*, Lib. II. de re nummaria veteri, p. 165. 356.

i) Scite adeo *Cl. Vetterus*, l. c. Germani ita primum probare cœperunt pecuniam, deinde osculari, postremo etiam scire. Conf. *Frisii* Münz-Spiegel, p. 85. *Hofmanni* Münz-Schlüssel, Lib. I. p. 112. sqq. & alibi. Addatur *Wagenseilii* Differt. de Re monet. Vet. Rom.

k) *Ovidius*, Lib. I. Metam. v. 140. Add. *Polyd. Vergilius*, de rerum Inventor. C. XX. *Guevara* guldene Sendschreiben, p. 277. *Tob. Oelhafii* Procancell. Altdorf. Oratt. de re Monetar. Cl. *Ringmacher*. l. c. §. XVIII. Apologiam vero, praeter alios, pecuniae scribit *Auctor Gundlingianorum* l. c. & quae genuinae amoris pecuniae causae sint, pluribus docet.

l) Eodem cum Germanis instituto circa rem numariam usos quondam fuisse Russos refert Auctor der curieusen Eva, p. XIII. p. 801. sq. da die Russen / scribens, noch nicht mit andern Völckern zu thun hatten / bediente man sich in Rußland an statt der Müntzen der Zobel und Marter / wie auch Wiesel-Ohren und Nasen. Als man

§. XXI.

Patet adeo, quo tempore uti primum pecunia cœperint Germani, non æque, quo cudere. Latet in universum prima pecuniæ & numorum Origo & quis primus & primum produxerit? a). Ecquis adeo definiat, quo præcise ævo numos cudere *Quo vero tempore ipsi cuderint numos, dubium.*

man aber mit fremden Leuten zu handeln anfieng, wurden an vier unterschiedlichen Orten Müntzen angeleget, darinnen Silber-Müntze geschlagen wurden, welche zwar von ziemlichen Schrot und Korn, jedoch klein und dünne, und theils rund, theils länglicht gewesen, rc. Conf. der allerneueste Staat von Siberien. c. VII.

a) Vanus est, quisquis etiam ille sit, Auctor libri, *Promtuario delle Medaglie*, inscripti, qui numos Adami, Evæ, Noæ, Semi, Chami & Japheti æri incidi curavit. Probe depexum dedit hominem ὁ πάνυ *Wagenseilius* in eleganti Dissert. de re monetali veterum Romanorum, C. II. p. 11. (quam laudat *Fabricius* apud *Bandurium* p. 212.) audiendi sunt, qui ex illis *Josephi* Antiqv. Jud. Lib. I. C. III. verbis ἀξιομνημονεύοντες: αὔξων τὸν οἶκον πλήθει χρημάτων ἐξ ἁρπαγῆς καὶ βίας, κ. τ. λ. perperam colligunt, Cainum rem familiarem copia pecuniarum (ita enim interpretantur χρήματα,) per rapinam & vim congestarum adauxisse. Conf. *Verg Polydorus*, l. c. χρήματα quippe vox ambigua est, & omnes res, quæ acquiruntur & possidentur, significat. Vid. *Hostus*, l. c. p. 9. Idem habendum de Tubalcaino, malleatore & fabro in cuncta opera æris & ferri, Gen. c. IV. v. 22. quicquid etiam Judæi fabulentur; quibus & *Stratemannus*, Lib. de Oeconom. c. VII. p. 80. succenturiatur, Conf. *P. Joberti* Science des Medailles antiques, edit. vern. A. 1718. p. 2. Cl. *Mirus* in Stathmica Sacra, p. 6. alii. Abrahami demum tempore argenti æque ac auri usum non infrequentem fuisse, sacræ nos docent, idque non uno loco, paginæ. Gen. c. XXIII. v. 16. ut alia prætercam loca, habet: וישקל אברהם לעפרון את הכסף ארבע מאות שקל כסף עבר לסחר: & appendit Abraham Ephroni pecuniam *quadringentos Siclos argenti probatæ monetæ publicæ*, ut vulgata interpretatur, seu ἀργυρίου δοκίμου ἐμπόροις, quod LXX. Interpretes habent; aut, ut *Pagninus* vertit: *nummorum trans-*

dere Majores nostri occœperint? Hoc constat, Romanorum Imperio everso, numos etiam Byzantinos b) Germanos cum aliis populis occidentalibus usurpasse. c) Id vero dum assero, neu-

transeuntium per mercatores. Ex quo, aliisque collatis locis, Scriptores plerique omnes non percussos, modo circa A. M. 2000. vid. *Hoffmanni* Münz-Schlüssel, P. I. p. 8. sq. numos, sed & signatos, (non tamen ab ipso Abrahamo. quod perperam nonnulli Judæorum volunt, aut ejus Parente Thara, egregio, ceu ajunt, malleatore & fabro, quod ex *Joh. Aquila*, aliisque, adstruit *P. Abraham a S. Clara*, in Libro, Etwas vor alle, n. 31. p. m. 275. Conf. *Hoffmann.* l. c. p. 1.) probare contendunt, subdubitantibus aliis, & pondus potius argenti, quam numorum numerum urgentibus. Conf. *Sperlingius*, de Numis non cusis; *Conringius*, Diss. cit. *Gundlingiana*, XXXI. p. 50. seq. Quibus addatur *Glassius*, Rhet. S. Tr. I. c. IX. p. 1193. Ringmacher, Tr. laudato c. 1. §. VII. *Hildebrandus*, Antiquitatum ex universa Scriptura S. Selectarum p. 17. sq. & qui instar omnium esse potest, *Leonh. Willibald. Hoffmannus*, P. I. f. alten und neuen Münz-Schlüssel, p. 1. sqq. Obiter hic commemoro Nobiliss. *Sperlingium*, l. c. omnes Siclos Proditoris Judæ, eosque signatos, falsos judicare & suppositítios. Conf. Auct. Excerpt. Hanov. ad A. 1700. p. 746. Num vero cum eodem *Sperlingio*, d. l. negare liceat, à pecudibus numis veterum impressis pecuniam nomen fuisse sortitam, (quæ vulgaris opinio est,) eò, quod hujus generis numus è veteribus nullus conspiciatur, haud ausim asserere.

b) De Numis Byzantinis, s. Byzantiis, quos Galli *Bezants d' Or* adpellant, varia collegit celeberr. *Hachenberg.* Germ. med. c. X. p. m. 359. *Freherus* figuras exhibet Lib. II. c. 1. de re monetaria Conf. *du Fresne*, Diss. de Nummis inferioris ævi; §. LXXXII. sqq. & *Schlegel.* de Num. Gothanis, Ed. 11. §. XVII. Erant ducati aurei Constantinopolitanorum Christianorum: Impp. inquit *Crusius* Annal. Svev. P. II. p. 306. Quorum in locum *aurei Florentini*, & post hos *Rhenani* successerunt. *Schleg.* l. c.

c) Ita tradidit Cl. *Dithmarus*, ad Tac. Germ. C. X. pluribus vero docet laudatus *Hachenberg* l. c. *ex quo liquet*, finiens, *tenacissimum numi*

neutiquam nego, a Romanis primum cudendi numos artem eos didicisse, Francos cumprimis. d) Quid? quod *Methodius*, qui circa medium Sec. III. vixit, suo jam tempore Saxones Leonem in numismatibus circumtulisse, auctor est. e) Quem ducem forte sequutus *Jul. Frisius*, à Sec. III. post Christum natum, numos etiam Bracteatos in usu fuisse apud Germanos, asserere minime veritus est. f) Et *Hoffmannus* ff) *Frisium* sequi non dedignatur. Id quod assertum vero tantum abest, ut admittant antiquitatum & morum veterum Germanorum gnari, ut ne numos quidem solidos ante Christianismi in Germania tempora plerique omnes agnoscant. g) Nec est, qui *Bircherodio*, h) de numis Bractealibus Gentium Septentrionalium *A Romanis primum didicisse videntur;*

D disce-

mi Byzantini fuisse usum apud Germanos, cum introducta jam propria pecunia, clarum adhuc nomen (ævo nempe Henr. IV.) *in tam sera usque Secula extenderit. &c.*

d) Testis est *Procopius*, Lib. IV. B. Gotth. Francos, occupata Gallia, *aureum nummum è nativo Galliarum metallo cudisse, sua impressa imagine*, asserens. Conf. *Hachenberg.* l. c. 360. 361.

e) Vid Cl. *Vetterus*, l. c. p. 29. Conf. *Chiffletius*, Vesontion. C. XLIX. It. *Tentzelius*, dial. Menstr. A. 1689. p. 909.

f) In speculo suo monetali, quod Müntz-Spiegel inscripsit, Lib. III. p 89. Ad leges Salicorum provocat *Frisius*, quas inter & illa: *Si cum argento solvere contingat, pro solido XII. denarios componat, sicut antiquitus constitutum est.* Cujus legis, qui genuinus sensus sit, *Frisium* castigans exponit celeberr. *Tentzelius*, Suppl. II. Gothan. p. 31.

ff) Müntz-Schlüssel/ P. I. p. 114.

g) Plerique omnes inquam: *Chiffletius* enim Germanis. Gallicis excultis moribus, *numos* æreos *nigros*, equi, leonis, aut alterius animalis, nota signatos, tribuit vindicatque *Vesontion*. C. XLIX.

h) Apud *Schlegelium* iu Exerc. Histor. de Nummis antiquis Isenacensibus, & aliis, p. 175. sq. Sed adversantur quamplurimi *Taciti* Interpretes, ab ambitu potius *serrato* ac dentato ita dictos fuisse contendentes; seu, ut Cl. *Dithmarus* in Tac. Germ. C. V. scribit quod *serra-*

disceptanti, pollicem premat, *quando*, sciscitanti, *hoc monetæ genus incœperit, difficile dixeris. Sine dubio diu ante Christianorum tempora apud nos cœperunt :* utpote & *aurea illa lamella superius memorata ad concavos pertinent ; & multa alia hujus generis adeo misere efformata reperiuntur, ut ante hac tempora, aut cum ipsis his nascentibus, sint cusa.* i) Et quamvis ὁ πάνυ *Conringius* cum eo facere videatur, *apud Germanicas gentes,* k) scribens, *proprii nummi signati aliquot demum à Christo nato Seculis in usum recepti sunt, post provincias videlicet Romanorum receptas.* Ejus tamen Sententia ad solidos nisi referatur Germanorum numos, num tolerari debeat, possitve? dubito. Ex quo Sententiarum divortio, natam arbitror Quæstionem : *Num & ante CAROLUM M. monetam cudere in usu fuerit Germanis?* l) Quam adfirmare tantum abest ut dubitemus, ut potius ex dictis satis dispalescere τὸ ζητούμενον arbitremur. m) A Romanis enim, tot victoriis relatis, & in Italiam hostibus rejectis, nihil non & sibi licere recte autumarunt Germani. Religione porro Christiana admissa, mitiores facti & cultiores, quanta ex re monetaria ad Rempublicam commoda derivarentur, ignari omnino esse nequibant.

Sed non nisi solidos cudere ; Idque Francorum maxime ævo, & introducto Christianismo.

XXII.

serratularum instar *herbarum* dentati fuerint. Conf. Per Ill. *H.W. Ebneri* Thes. Miscell. Præf. celeberr. *Wagenseilio* Altdorf. A. 1694. juris publici factæ, n. LXVI.

i) Verba sunt Cl. *Bircherodii* in Specim. antiqv. rei monetariæ Danorum, p. 32.

k) In laudata sæpius Disput. de re nummaria in Rep. quavis recte constituenda, §. VII.

l) Movet inter alios hanc Quæstionem *Vetterus*, Comment. ad Tac. c. V. p. 29.

m) Vid. *Hachenbergii* Germ. med. Diss. X. §. VIII. p. m. 360. de Successiva numorum introductione plure tradit Cl. *Ringmacher*. Tr. Histor. Pol. de Nummis, &, quos ille laudat, auctores, C. II. §. VII. p. 2 . sq.

§. XXII.

Verum enim vero, quod iterum, iterumque dixerim, nolim, quæ de prima Germanorum pecunia, ejusque Origine, disputo, ad Bracteatos trahere, aut extendere; quod *Frisio* forte, *Hoffmanno, Bircherodioque*, & qui cum ipsis faciant, visum. Non omnes Germanorum priscorum, inferiorum etiam Seculorum, numi Bracteati sunt, adeoque & primi. Ad exemplum Romanorum longa pecuniæ eorum tractatione, usuque edoctos, & suos quoque primum eos formasse, quis dubitet? Non nisi Solidos vero Romanorum fuisse constat. Non nisi Solidos etiam, qui Carolinos videre, aut Carolidarum, loquuntur. Et quotus quisque est, qui asserere ausit, numum se conspexisse à Germanis cusum Carolidarum antiquiorem, eundemque Bracteatum? Nec qui Carolum exhibent, exhibent autem haud pauci Hersfeldensium apud *Schlegelium*, a) Caroli protinus numi sunt, & coævi. Prætensa antiquitas est, quam nonnulli perperam jactant.

Non ejusdem cum numis solidis ætatis sunt Bracteati;

§. XXIII.

Vani adeo sunt, minimeque audiendi, multo vero minus admittendi, qui, viso (id quod & supra ὡς ἐν παρόδῳ diximus,) id genus numo antiquo, gentiles cum vulgo jactant & clamitant numos, inque monstrosa, quæ impressa est figura nescio, quæ Deastrorum, dæmonumque simulacra sibi fingunt. Quorum in classem refero, quem celeberrimus ille *Bracteatorum Nummorum Hassiacorum* collector & interpres (a) perstringit amicum anonymum, b) fide alioquin haud indi-

multo minus gentilibus tribuendi sunt.

a) Apotelesmat. de Nummis Abbatum Hersfeld. p. 52. 70. 71. 79. 67. 37. Laudatus *Hachenberg* l. c. p. 362.

(a) *Jo. Ge. Liebknecht*, l. cit. p. 11. §. V.

b) Ita autem iste l. c. Was die alten Heyden-Pfennige betrifft, so ist es damit also ergangen, &c.

indignum; quosque plus ſimplici vice laudatus *Sperlingius* c) iſto taxat nomine: *qui res Danicas*, inquiens, *non norunt, nec originem apud eos rei monetariæ, nos ad antiquitatem infinitam rejicerent, quaſi ex vetuſta paganorum Officina nummi tales prodiiſſent: illorum enim erat tales deaſtros ſculpere; &c.* d)

§. XXIV.

Scaligero reſpondetur,

At vero, inquis, *Scaliger*, vir ſummus, isque ἀκριβέςατος, de re nummaria dicit, ſe vidiſſe nummos ejusmodi cavos non paucos, *non Seculi Juſtinianei, ſed vetuſtiſſimos, ante lucem Chriſtianismi.* Non meis, ſed laudati *Sperlingii* (a) reſpondeo verbis: *non produxit illos nummos, & opinione ſua falli potuit Scaliger, dum illos, quos vidit, ad majorem ætatem retulit, quod ſane probandum ipſi erat. Ante Chriſtianos mores ſane in nulla gente cavos fuiſſe tales notavit, nec ex iis, qui exſtant, aut, quos jactat ſe vidiſſe, illud probare poterit, cum Chriſtiana Secula omnino referant, non paganica. Et ſane ſolus eſt Scaliger, qui tales vidit, nos autem etiam videre poſſumus & judicare, utut ſummo Viro & ἀκριβεςάτῳ multum concedamus: in talibus tamen quantum hallucinentur ſæpe docti Viri, non neſcimus.* (b)

§. XXV.

& Chriſtianiſmi Seculis vindicantur Bracteati; idque multorum alio rum pace.

Chriſtiana adeo in Germania Secula ſunt, & Chriſtianiſmus, quibus, veteri barbarie exulare juſſa, ut omnis, qualiscunque etiam illa fuit, animorum, rerumque melior ſtatus, faciesque; ita &, quæ clariſſimum Societatis vinculum, commodiſſimumque miſcendis inter populos ac nationes com-

c) De Origine Nummor. Bracteatorum & Cavorum, p. 70. ſq.
d) Id ipſum & de noſtro effari licet vulgo, idem cum ignaris rerum antiquarum ſentiente.
(a) l. c. p. 61.
(b) Conf. Auctor Excerpt. Hanover. ad A. 1700. p. 199.

commerciis instrumentum est, pecunia, a) ejusque cudendi artes debentur & leges. De solidis, quos vocant, numis non attinet dicere. Bracteati sunt & cavi, quos volumus, quos curamus: paganos, id quod dixi, nec novimus, nec admittimus. *Frisium*, quem ducem minus cautum incaute sectantur, qui sequuntur, b) aliter sentientem, & Secula Christianis antiquiora heic jactantem, urgentemque, plerique omnes seduli rei Germanorum numariæ scrutatores satis, ceu diximus, dedere depexum, & si quis alius, ejus argumenti ex legibus Francorum Salicis nervos incidit Cl. *Tentzelius*. c) *Bircherodium* (de quo paulo ante, d) & qui cum eo faciunt, e) castigavit *Schlegelius*. f) *Majorem* denique, qui numos Hamburgensium cavos, quos *Veerlingos* quondam dixere, ad Caroli M. ætatem refert, g) sed nec ultra dimidium Sec. IX. perstitisse credit, perstrinxit noster *Sperlingius*. h) Cl. *Olearium* tandem postremo, ad Seculum usque sextum excurrentem, correxit iterum iterumque laudandus *Schlegelius* i) Nec tamen *Ad Sec. usque XII. non descendimus.*

a) Vid. *Hachenberg*. l. c. & Cl. *Ringmacher*, Tr. Histor. Polit. de Nummis, §. XVIII. p. 33. sqq.

b) Vid. *Sam. Reyherus*, Tr. Jurid. de Num. argent. antiq. C. I.

c) In Supplem. II. Histor. Goth. p. 33. Conf. *Heineccius* Syll. Numor. Goslar. f. 6. §. VII.

d) Inclaruit autem in hoc scribendi genere *Specimine rei monetar. Danica*. Sed excusandus forte *Bircherodius*; quippe qui non de re monetaria Germanorum, sed Danorum Lib. cit. commentatus est.

e) El. *Brenner*us, in Thesauro Numorum Sveco-Gothicorum, & *Mulenius* in Numismatib. Danorum. Conf. Excellentiss. Dn. *de Ludewig*, l. c. p. 45.

f) De Num. Antiq. Isenacensibus, &c. p. 175.

g) Ju seinem bevolckerten Cimbrien C. XLVIII. Conf. *Leuckfeld*, l. c. p. 37.

h) l. c. p. 42.

i) Apotelesm. de Nummis Abb. Hersfeld. p. 41. sqq.

men plane cum *Sperlingio*, k) &, qui pollicem, quod vulgo ajunt, ei premunt, (aut potius, quod rectius dici volunt, versunt,) celeberr. *Heineccio*, l) nobilissimoque *Schmidio*, m) faciendum arbitror, qui omnes ad experientiam provocantes, quod videlicet nullos antiquiores viderint, justo recentiorem eis tribuunt ætatem, & non nisi Seculum XII. & quod sequitur, eis adsignant, plerisque omnibus, quos vel laudatus *Olearius*, n) vel alii, producunt, antiquioribus damnatis & susque deque habitis, non à *Jentzelio* o) modo, *Schlegelio*, p) sed & aliis isto nomine notati. Juverit beatum Abbatem *Schmidium* audiisse: *Nunquam*, ait Vir in re nummaria superiorum Seculorum ad invidiam usque versatissimus, r) illis (*Sperlingio*, & qui cum eo faciunt,) *subscribere potui, quibus certum videri voluit, originem horum nummorum ad hoc (XII.) præcise Seculum esse reducendum: cum periculosum sit, & à ratione colligendi recta plane alienum, non visis omnibus individuis, generalem propositionem, vel Hypothesin formare. Multa quidem sunt, quæ hoc tempore in Historia medii ævi scimus, sed plura esse credo, quæ adhuc ignoramus, futuris seculis, si aliqua erunt, reservata. Quapropter in his talibus, quorum momenta sub judicis decisione hærent, nihil temere pronunciandum, sed, si quæ appareat conjectura probabilitas, ea modeste subjicienda est frequentibus doctorum Virorum observationibus.*

§. XXVI.

k) In toties laudata Epist. de Orig. & Progr. Num. Br. & Cav.
l) Syllog. Num. Goslar. §. VII f. 6.
m) Apud Cl. *Leuckfeld.* in Antiquit. Numar. Halberstad. p. 12.
n) In Isagog. ad Numophyl. Bracteat.
o) In Dialogis Menstruis plur. locis. Conf. A. 1689. p. 896.
p) Exerc. Histor. de nummis Isenac. p. cit.
q) Vid. Excerpt. Hanover. ad A. 700. p. 201.
r) In Epist. ad Cl. *Joh. Ge. Liebknecht*, (de qua supra, §. XI p. 86.

§. XXVI.

Medio adeo tutissimi imus. Medium vero est, quod Cl. *Olearius*, Seculo Ottonum, id quod à nato Christo X. est, quoque in orbe Christiano Germanico undiquaque Urbes & oppida ædificata, & cultiorem, commodioremque vivendi rationem institutam esse novimus, insistens, a) recte definit. b) Suffragantur Viro doctissimo, ulterius non adscendenti, c) Scriptores rei numariæ Germanorum peritissimi quique, d) quorum inclyta nomina ad nauseam usque repetere & laudare supersedeo. Nec aliud ævum, aliamque originem, numis Bracteatis statuit celeberrimus noster *Ludevvig*, e) quo vel solo Promacho in salvo nostrum assertum est. Videant ergo, qui Carolo, ejusque posteris, Bracteatos, vindicant, qua ratione assertum tueantur. f) Omnes, quos illi cudi *Vera Bracteatorum ætas statuitur, statuminaturque.*

a) l. paulo ante cit. c. V. p. 22. §. 3. conf. *Schlegel.* Apotetesin, de Nummis Abbatum Hersfeld. p. 41. n. y.

b) Id dum agit Cl. *Olearius*, nequaquam ei pollicem premimus, non nisi Ottonum Seculo id honoris tribuentes.

c) Altius enim subinde adscendere novimus virum doctissimum.

d) Hos inter haud sane postremum locum tribuimus Dn. *Henrico de Bunau*, in doctissima sua *Dissertatione de jure circa rem monetariam in Germania*, p. 72. scite scribenti: *recepta opinio, post* (circa) *Ottonum tempora invaluisse usum Bracteatorum, reliquis tutior esse videtur.*

e) Ita vero iste l. c. p. 44. sq.: Hierzu könnte man noch setzen, daß, weil man ehedem wenig Silber und Gold in Teutschland gehabt, und vor des Ottonis M. Zeiten, unter welchem die Bergwercke auf dem Hartz angegangen, kaum von Silber- und Gold-Gruben gewust hat, es sich auch nicht thun lassen, daß man in der Müntze grosse Stücke gemacht hätte. Conf. *Schlegel.* l. c.

f) V. Leuckfeld. Antiqv. Nummar. Halberstad. ad §. XV. p. 36. n. lit. CCC. D. *Majorem* numos Hamburgensium cavos ad Caroli M. ætatem

cudi curarunt, solidi perhibentur; & qui Bracteatum illorum Seculorum Γνησίως καὶ ἀληθῶς talem, suis viderit oculis, nemo est. Cumque numos bracteales, quos habemus, tantum non omnes ab Episcopis & Principibus, nec non Imperii Civitatibus cusos fuisse constet, id vero privilegium Ottonum demum tempore commune fieri cœperit; venas denique argenti & æris seculo X. in Germania primum g) apertas fuisse in propatulo sit, ætatem majorem Bracteatis tribuere vix ausim. Quamvis non diffitear, id genus monetæ non plane ignotum fuisse vel ipsis Carolidarum Seculis, non Constantinopolitanis modo & Gothis, sed & gentibus Septentrionalibus, h) id quod & supra diximus, usitatum. i) Nobis de Bracteatis Germanorum sermo est. At vero cum laudato sæpius *Sperlingio* k) & qui cum eo faciunt, l) ad tempora dictis longe inferiora descendere velle, complures numi à quibusdam in medium prolati, & adhuc forte proferendi, prohibent. Hoc tamen dum assero, pro Sententia mea, tanquam pro aris & focis, justo pertinacius, minime depugno, in celeberrimi, pauloque ante laudati, Abbatis *Schmidii*, summique Viri, Dn. *de Ludewig*,

ætatem referre, supra diximus. Nec desunt alii, qui adstipulantur. Quid? quod vulgus *Scaligero*, ceu diximus præeunte, Paganismi secula jactet.

g) Seculo antecedenti IX. laudem hanc tribuendam existimat, & ex *Ottfrido*, Monacho, probat *Sperlingius* in Excerptis Hanov. menstruis A. 1700. p. 781. Conf. *Leuckfeld*. l. c. 29.

h) Vid. *Bircherodius*, l. c. it. El. *Brennerus*, l. c. & Ill. *de Ludewig*, lib. iterum, iterumque laudato, c. VI. §. IV. p. 42.

i) Seculo quippe VII. & VIII. habent, quos producant Bracteatos laudati paulo ante scriptores.

k) Epistol. paulo ante laudata.

l) *Leuckfeld*. l. c. p. 12. lit. O. it. p. 56. lit. CCC. Conf. *Heinneccius*, Syll. Num. Goslar. T. 6. §. VII. cum *Sperlingio* idem sentiens.

devvig. m) verbis acquiescens, eaque experientiam morose nimis urgentibus regerens, repetensque.

§. XXVI.

Et hæc quidem de ætate Numorum Bracteatorum. Nunc paucis dicendum, aut clarius potius exponendum, quinam præcise è Germanorum maxime numis isto nobis veniant nomine. Bracteati adeo dicuntur nobis & sunt: *Numi Germanorum medii potissimum, quod audit, ævi, ex laminis, seu bracteis, argenteis cumprimis, iisque ut plurimum admodum tenuibus, constantes, majoris alii, alii minoris moduli, seu quantitatis, ponderisque, figuris diversis, uno utplurimum latere, nec non inscriptionibus, non tamen omnes, signati & distincti; in usum partim commerciorum, partim & rei cujusdam notabilioris memoriam*. a) *Cl. Olearius* b) describit: Numus Bracteatus heißt eine dünne blatte Müntze, welche sonsten auch von andern breite, hohle, leichte, steiffe Müntze, ein Blätterling, und so mehrers, genennet wird. Dergleichen Art findet man von Silber am meisten, auch zum Theil vom Kupffer, sehr wenig aber in Gold. Solche Müntzen sind jedesmal sehr dünne, und nur auf einer Seite gepräget, jedoch also, daß, was auf einer Seite erhaben, auf der andern einwarts *Definitio Num. Bract.*

E zu

m) Ejus verba, quæ huc faciunt, sunt: Ob aber gleich diese benannte Zeiten des XI. und XII. Sec. diese Art Geldes häuffig haben; so ist es doch unbesonnen gehandelt, wann man gleich ohne Grund zufahren, und alle alte Bracteatos in Zweiffel ziehen wollte. Welches Leute thun, die von dem alten Staat unsers Vatterlandes keinen rechten Begriff haben. C. VII. §. 5. p. 49. Conf. *Tentzel*. Dial. Menstr. A. 1689. p. 986.

a) Brevior est *Cl. Ringmacheri*, Tr. Histor. Polit. de Nummis c. 1. §. IV. p. 41. *Bracteati*, inquiens, *nummi sunt lamina tenuissima*, à Germanis antiquitus, fraudis evitandæ gratia, cusæ.

b) In seiner curieusen Müntz-Wissenschafft, p. 74. Conf. *Schlegelii* Tract. de Num. Gothan. edit. II. p. 104. sq.

zu sehen ist. *Dn. de Ludevvig* definit: c) Bracteati sind solche Müntzen, welche nur auf einer Seite gestempelt, und so dünne sind, daß sich die Fugen eines eintzigen Stempels auf der einen Seiten eingebogen, auf der andern Seiten aber ausgebogen weisen. Et *Hübnerus* denique: d) Bracteati, nummi bracteati, Blech oder Hol-Müntzen sind alte Teutsche Müntzen von feinem Silber, welche gantz dünne, und nur auf einer Seite gepräget sind, daß die Fugen eines eintzigen Stempels auf der einen Seiten eingebogen, auf der andern aber ausgebogen weisen. De quibus definitionibus, quarum una altera latior est, strictior alia, quid habendum, paulo post dispalescet.

§. XXVIII.

Etymologia definiti excutitur.

Bracteam autem, sive Bratteam, (à Græcorum βρέχειν, a) quod illinere est; secundum alios vero ab eorundem βράχειν, b) quod interprete *Oleario*, c) est verbum ὀνοματοπεποιημένον & idem, quod ἠχεῖν, sonare & crepitare denotat; *Becmanno* d) denique & *Alstedio* e) testibus, ab Ebræorum ברק quod Splendorem significat, f) dictam,) quæ lamina, sed tenuis, πέταλον apud Græcos, unde & πεταλοποιὸς Bractearius, & πεταλουργὸς, Blattearius. g) eaque vel aurea vel argentea est; eoque nomine à vulgari lamina, quæ crassior & armis apta subtilitate

c) In seiner Einleitung zu dem Teutschen Müntz-Wesen mittler Zeiten, c. IV. §. 1. p. 23.
d) Natur-Kunst rc. Lex. p. 273.
a) Vid. *Fabri* Thes. Erudit. Schol. ad voc. Bractea.
b) Conf. Cl. Ringmacher, l. c. I. 41.
c) Isag. ad Nomophyl. Bracteat. c. 1. §. 1. p. 9.
d) Origin. Lat. Lingu. p. 300.
e) Encyclop. Lib. XXI. p. 25. Conf. *Cl. Leuckfeld*, Antiqu. Nummar. Halberstad. p. 4.
f) *Buxtorf.* Lex. Chald. Talm. Rabb. f. 363.
g) *du Fresne*, Glossar. T. I. f. 576.

litate teste Fabro h) differt, Bracteatis nomen impertiri suum lippis forte & tonsoribus, quod ajunt, notum est. Et hinc numos nostros non *bracteatos* solum & *bracteales*, verum & minus ἀκριβῶς *laminares* vulgo adpellari novimus. Vernacula nostra ex eodem etymo non inscite dicimus: Blech-Müntzen, dünne Müntzen (ad differentiam numorum solidorum, der dicken Müntzen,) Blätterlinge, (à Latinorum foliis, quæ Græcorum πέταλα sunt, de quibus paulo ante,) Knitter-Geld, Leicht-Geld, &c. Cumque hujus generis numorum haud pauci ea sint subtilitate ac tenuitate, ut eorum bracteola nihil fere levius esse queat, i) adeoque vel aquæ πέταλα ista innatent, aut videantur saltem, Schwömminge, etiam apud Danos eos salutari constat. k) Ad quam vocem ὁ κριτικώτατος *Sperlingius* οὐκ ἀπροσδιονύσως l) commentatur: *nostro sermone* Schwimmere *eos pulcrè vocitari posse*, (autumo,) *sive in argento, sive in auro producantur, quod nempe forma & pondus non mergens illis datum est.* Forte & in hanc classem non immerito referas, quos, quia tenuitate sua folia imitantur, *Foliatas* (bracteas) dicunt. Cujus generis nummuli illi quadrati Gothici aurei, quos in Museis Danorum regiis adservari commemorat noster *Sperlingius*, m) nec intactos reliquit ὁ πάνυ *Tentzelius*. n) Quos tamen distinctos velim à Byzantinorum *follibus*, seu *follaralibus*, quos exhibet *Olearius*, o) & duodecimam siliquæ

nec non Synonymia.

 par-

h) l. c.

i) Vid. *Hartknochius*, apud *Olearium*, l. c. p. 17.

k) Ita *Oliger Jacobæus*, in Museo Regio, p. 94. *nomen*, scribens, *inde sortitum est Numisma hoc* Svömming/ i. e. *nummus natans.*

l) Epist. cit. p. 57.

m) l. c. p. 63.

n) Dial. Menstr. A. 1698. p. 630. sqq.

o) Isagog. ad Numoph. Br. c. 1. §. 2. p. 10.

partem constituisse docet, p) Sed & audiendus Excellentissimus Dn. *de Ludevvig*. Am allermeisten, scribit ille, q) verwundern sich die Gelehrten, was doch die Ursach und Gelegenheit gewesen seyn, daß unsere Teutsche auf diese Art Müntzen zu schlagen gekommen seyn? Denn es sind Anfangs diese Bracteati, oder Blech-Müntzen so dünn, daß sie auf dem Wasser schwimmen, und von einer starcken Lufft r) weggeführet werden können. Daher man solche zum auszahlen nicht wohl gebrauchen mögen, weilen sie sich unter den Händen verbogen hätten, und endlich zerbrochen. Et inde sane factum est, cum istis numis quotidiano usu multum decederet, ut elapso quovis decennio, opus esset compensatione, ne pondus numorum imminueretur.. s) Sed pergit noster, t) So wurde man dann der Bracteatorum, die sich nicht wohl handthieren liessen, sondern, wie Knitter-Gold sich falteten und endlich zerrissen, überdrüssig. At vero non omnes æque tenues: alii quippe, ut aliis tenuiores, ita & aliis crassiores, minus saltem tenues, sunt. E nostris, quos præmissa Tabula exhibet, adeo tenues, subtilesque sunt, quos Fig. I. II. & XXI. sistunt, ut, quotiescunque eos contrecto, follique immitto, ne diffringatur, verear. Crassiores reliqui sunt omnes, aut minus saltem tenues. Ante vero quam plane hinc discedam, ὁμωνυμίας ergo monendum arbitror, rem nobis heic

Fig. I. II. XXI.

& *Homonymia*.

p) Vid. *du Fresne*. Glossar. T. II. f. 731. Conf. Ej. Differt. de Infer. ævi Numismatibus §. XC. sqq. f. 76. sq.

q) Lib. cit. c. V. §. 1. p. 28.

r) Hujus generis Foliatas (seu numos foliatos,) paucos certe videris: dari tamen, sed aureos forte plerosque, testatur *Sperlingius*, l. c. p. 63. *ad tales* inquiens, *numos in aëre elevandos & tollendos* non opus est turbine quodam, aut fortiori vento; sed etiam mitissimo transferri possunt in dissitum quemcunque locum.

s) Ita cautum est Lege, seu privilegio Culmensi, quod exhibet *Hartknochius* Pruss. Antiqv. Diss. XVI. p. m. 291.

t) l. c. p. 49.

heic non esse illis cum Bracteis, quibus numos adulterinos obducunt, & *medailles fourrées* cum Gallis vulgo adpellant; nec cum iis, quos paulo ante produximus, cum Follæralibus ad Byzantinos relegandis; nec denique cum illis *extensi argenti*, quibus, teste *Strabone* u) Hispani olim usi perhibentur, *laminarum frustulis*. De quibus alibi.

§. XXIX.

Sed & Cavi audiunt Numi nostri, à Cavitate, quam majorem alii, alii minorem, habent, ita dicti. Vernacula nostra inde adpellamus Hohl-Müntze, Schüssel-Müntze. Qua vero ratione cavitatem istam suam sortiti sint, docet *Chiffletius* a) *incusos*, inquiens, *recentiores vocant, quasi intus cusos: malleo enim super forma sive typo concavo percussi ita signabantur, ut pars, quæ à supposito typo excavato figuram acciperet, convexa esset, altera vero, quæ percuteretur, cedente lamina, convexæ similis nota fieret, sed concava.* Clarius rem exprimit celeberrimus noster *de Ludevvig*: Ferner heissen unsere Bracteati Hohl-Müntzen, indem diese Art nicht etwa von den Stempeln, die einwarts gegraben, sondern denenjenigen, welche auswärts gegraben, und erhaben sind, gepräget oder geschlagen worden. Wie etwa die Blechler ihre Stempel haben, womit sie in blecherne Gefässe allerhand Zeichen einzuschlagen pflegen. Weil nun das geschlagene dadurch auf der Ruck-Seite eine Höhle bekommet, so hat dieses die Gelegenheit zu dem Namen Hohl-Müntzen gegeben. b) Brevius plus simpli-

Cur & Cavi dicantur, quiritur.

u) De Situ Orbis, Lib. III. p. m. 147.
a) Descript. Veson. P. I. p. 68.
b) Einleitung zu den Teutschen Müntz-Wesen mittlerer Zeiten / cap. IV. §. 1. p. 24. sq. At displicet ratio Nobilissimo *Mosero*, in seinen Anmerckungen über Herrn Joh. Pet. von Ludewig Einleitung p. 3. & contrarium tuetur, daß, inferens, die Stempel zu den Bracteatis eingetieffet haben müssen gewesen seyn, ist meines Erachtens daherg

simplice vice laudatus *Leuckfeldius*, c) Sonsten aber, scribens, werden sie auch Hohl-Müntzen, weil sie, wegen ihrer Dünnigkeit, mit dem Stempel hohl geschlagen werden, beniehmet.

§. XXX.

Non omnes Cavi Bra-Beati sunt accensendi.

Attamen vero Cavos omnes Bracteatos dicere cave. Noti sunt Græcorum *Caucii*, qui (definiente *du Fresne*, a) paululum concavi, atque adeo cauci formam quodammodo referunt; cujusmodi passim videre est in Gazophylaciis apud earum rerum studiosos. b) Est c) qui vernacula lingua eos interpretatur Schüssel-Pfennige. At Bractealibus nostris eos accensere nolim. Nec huc spectant Numi *Scyphati*, (quos perperam cum Cauciis quidam d) confundunt,) qui & ipsi cavi sunt, & Scyphi formam præferunt, Constantinopolitanis æque, ac Normannis e) adscribendi. Inter nostri quoque & superioris ævi numulos haud paucos videas, eosque denariolos, obo-

hero zu schliessen, weil die Figuren auf der erhabenen Seiten an denen Bracteatis sich besser præsentiren, als auf der Hohlen; welches nothwendig seyn müste, wo die Stempel erhaben gewesen wären. At vero tandem finit: Wo sich Bracteati finden, welche auf der hohlen Seiten besser zu sehen seyn, als auf der erhabenen, so ist auch unfehlbar deren Stempel erhaben gewesen.

c) Antiquit. Nummar. Halberstad. p. 5.

a) Glossarii Tom. I. f. 998. Conf. Ej. Dissertat. de Num. inferior. ævi, f. 35.

b) Numorum Cauciorum meminit Novella Justiniani 105. c. 2.

c) *Jo. Conr. Barthius*, Pastor Oedinburgensis Budæ receptæ, p. 147.

d) Suspecti hoc nomine *Cangio*. l. c. *Haloander* & *Meursius*. Rectius de iis judicat *Cl. Tentzelius*, Dial. Menstr. An. 1689. p. 918. Conf. Ringmacher, l. c. p. 42. *du Fresne*. l. c. T. III. f. 849. nec non Diss. de Infer. ævi Numismat. §. XCIX.

e) Ceu sentit & judicat paulo ante laudatus *Ringmacher* l. c. § XCVIII. nec non *Tentzelius*, l. c. p. 919.

obolosque, f) qui cavitatem habent à Cylindro, cui ſuppoſitæ bracteæ notam ſuam debent; numi cavi tamen propterea non adpellandi. Qua ratione etiam Bracteatos omnes non dicimus, qui ab una tantum parte ſeu latere, cuſi ſunt. Cujus generis, teſte *Polluce*, g) & Antiquitas habuit, & noſtrum Seculum, h) ſatis alioquin craſſos, ſolidosque. Sic & cavi ſunt, noſtris tamen, utpote quos λεπτότης, ſ. tenuitas cavos fecit, non accenſendi, i) numi illi aurei ἀρασκήλιοι, k) ſeu Aſteriſci, *Guttulæ*, ſive Patinæ, *Iridis*, Guttæ item Apollinis, Guttæ Iridis, Iridis flores, nec non ſpermata ſolis & Iridis, Germanice Regenbogen-Schüſſelein, Stern-Schoß ꝛc. vulgo dicti. Cujus etymologiæ ratione habita, eos, ſed perperam, definit Leonh. *Thurneiſſerus*: Dieſes, inquiens, ſind guldene gantz dick formirte, und wie ein Schüſſelein hohlechtige Groſchen, oder Pfennige. Sollen von Krafft der Sonnen, durch Würckung influentiſcher, natürlicher und elementiſcher Krafft, wann die Sonne die Regen-Bogen beſcheinet, in puncto der Zuſammenkunfft der Sonnen-Strahlen und des Regen-Bogens, gehling erſchaffen, und alſo geformiret werden, und hernacher herab fallen. Es werden darauf wunderbare Figuren und Bildnuſſe, deren ſelten zwey einander

De Guttis Apollinis, ſeu Patinis Iridis, quid habendum?

Non aëri, aut Soli,

f) Vulgus vocat Schüſſel-Pfennige.

g) In Onomaſtico, p. 434.

h) Denarioli Brunſuicenſes, æque ac noſtri, quos Zweyer, vulgo vocant, nec non plerique omnes obolorum noſtrorum, non niſi uno latere cuſi ſunt. Conf. *Dn. de Ludevvig*, lib. cit. C. IV. §. 2. & *Moſerus*, l. c. p. 5.

i) Accenſet tamen *Dn. de Ludevvig*, ſtomachante *Moſero*, l. c. 11. 4. ne inter numos quidem Germanorum iis locum concedente.

k) Ex Græcorum παρασκευὴ & ἥλιος ita dicti: Siquidem eos Sol (ſi credere fas eſt) in aëre præparare, & Spiritu peculiari formare perhibetur.

l) In Onomaſtico, p. 44. Conf. *Sperlingius*, Epiſt. cit. p. 63. & *Ringmach*. l. c. p. 71.

der ähnlich, judiciret, und mit gar widerwärtigen Sentenzen ausgesprochen. Sie werden auch *Schemeschtakin* von der Sonnen und einer heimlichen spiritualischen præparation, benahmset. m) Quibus affinia sunt, quæ *Frisius* noster de Numulis hisce aureis, ineffabili Dei virtuti mirabiliter operanti generationis modum tribuens, & scribit & statuit. n) Sed rectius hac de re nostrum sentit seculum. Non damnat omnino eorum fidem, de coelo labi posse, qui statuunt, numos, ejus præsertim generis, quos bracteæ tenuissimæ, & foliatos, supra diximus; qui, quin turbine quodam aut vento fortiori in aëre elevari & tolli possint, haud sane dubium. Admittit porro doctior nostra ætas; *quod si turbines tam violenti incidant in locum, ubi nummos aliquando condiderint homines, nihil impediat, cur aurea eorum pluvia non descendat quoque, & si non in sinum Danaës, in alias tamen partes terrarum, effundantur, turbine, qui rotavit, rejiciente*; verba sunt Cl. Viri. *Sperlingii*. o) Nec susque deque plane habendum arbitror, quod de Numo quodam nitidissimo, A. 1622. cum grandine in hortum rustici cujusdam apud Magdeburgenses delapso, legitur apud *Henr. Ernestium*. p) Et S. Benedicto ipsius assectæ tribuunt, quod æther ipsi favens numos pluerit. q) Ita super Rhodios, nata Minerva (teste *Homero*, r) imbrem aureum decidisse ferunt. Et rorem argenteum pluisse sub Severo, Imp. in forum Augusti, Auctor est *Dion*. s) Cæsaris

m) Conf. *Tentzelius*, Dial. menstr. 1689. p. 900.
n) In seinem Müntz-Spiegel, Lib. I. C. XXII p. 45.
o) l. c. p. 68. Conf. *Frisius*, l. c.
p) Observat. Var. Lib. II. c. 20.
q) Vid. *Paul. Warnefridius*, de Gestis Longobardorum, Lib. I. C. XXVI.
r) Ita autem ille: Καὶ σφιν θεσπέσιον πλοῦτον κατέχευε Κρονίων. Interpretatur *Claudianus*, Lib. III. Laudum Stiliconis:
Auratos Rhodiis imbres nascente Minerva defluxisse ferunt.
s) p. 312.

saris quoque Matthiæ tempore, imbrem aureum è nubibus prorupisse, sibi narratum commemorat Altdorffinæ quondam illustre Decus, celeberrimus *Sturmius.* t) Sed apage fabulas, cum aureis montibus in aëre! Auream pluviam in eodem elemento generatam ens rationis compellare, rationis sanæ est. Suffragatur, quem toties laudo & in scenam produco, celeberr. *Sperlingius, haud naturæ,* inquiens, u) *contrarium esse puto, nummos aureos, argenteos & æreos instar pluviæ decidere posse ex aëre & spargi; Sed generari in aëre, aut inde naturam & spiritum aliquem peculiarem* x) *istos afferre, hoc mihi nequaquam probatur.* Nec est ad summi Numinis potentiam, eamque infinitam, quod cum *Frisio* confugiamus. Non temere fingenda sunt miracula. z) Ex foro & Officina humana, non aërea & cœlesti, prodeunt falso nomine salutatæ Guttæ Apollinis, Iridisque patellæ. At, quo, inquis, auctore? quo artifice? Celeberrimus Nordlingensium quondam Poliater, Dn. *L. Rof. Lentilius,* aa) *persuasissimum ego jam dudum habui*, scribit, *has patellas nihil aliud esse, quam numismata populorum aut septentrionalium, aut inter illos Germanicorum. Suadet id,* pergit, *etiam pondus ipsarum: cur enim pendant præcise vel duplicem vel simplicem Scutatum, vel aureum, nisi ex instituto id factum sit? non equidem Naturæ, sed Artificis. Nihil aliud sunt, quam numismata.*

sed solertia & arti humana, & gentium quidem septentrionalium debentur.

F Ger-

t) Differt. de Iride. Conf. Ephemerides Naturæ Curiosorum A. III. Dec. II. p. 34.

u) Epist. laudat. p. 66.

x) Hinc forte est, quod nescio quas vires patellariis istis numulis tribuat vulgus, & cum illis fortunam sibi faventem divendere credatur Venditor. Vid. Illustris *Schrœckius*, apud *Cl. Ringmacher*. l. c. §. XXI. p. 76. *Jul. Reichelt.* Diss. de Amuletis. Conf. *Tentzelius* Dial. Menstr. 1689. p. 900. 906.

z) Conf. modo laudatus Ulmensium Theologus, l. c. p. 74.

aa) Ephemerid. Dec. II. Ann. 5. Observ. 20. p. 417.

Germanis tribuit Excell. D. *de Ludevvig*, bb) & Bracteatis eorum, invito *Mosero*, cc) & assertum argumentis impugnante, accenset. *Verius*, inquit ὁ πάνυ *Sperlingius*, dd) *&* *securius* Richeltus *eruditorum sententiam sequitur*, *qui nummos istos tam rudibus figuris insignitos*, & Gothicos, aut *Vandalicos & Siculos statuerunt.* Nobilissimus *Moserus*, ee) argumento ex characteribus & Inscriptionibus petito, ad Gothos eos refert, Germanis, vel eo nomine, quod ne minima quidem vestigia Germanorum mores & fabricam prodant, denegans. Utrique sententiæ favet & calculum suum adjicit, iisdem argumentis innixus, peritissimus veterum rei numariæ *Tentzelius* ff) sæ-

bb) Vid. *Moserus* l. c. p. 4. de cetero eleganter iste: Man muß sich verwundern / daß, weil man heut zu Tags wohl weiß / daß in den Wolcken keine Müntz-Meister sich aufhalten, man dennoch sagen will, die Sonne zöge solche so genannte Regenbogen-Schüsselein, welche eine Eyer-rúnde haben, und in der Grösse / als jezo die gemeine Pfennige eingetieffet sind, auf. Welche Meynung so abgeschmack, als die alte ist. Dann, daß es zuweilen Vögel, Raupen, oder auch anders leichtes Gezeuge geregnet/ solches ist entweder dem Winde, oder aber der Lufft zuzuschreiben, in welcher dergleichen Geschmeiß entweder gezeuget worden, oder von einer Winds-Braut in die Höhe geführet werden mag; welches aber zu denen guldenen Schüssel-Pfennigen sich nicht erstrecket. Dann, weil das Gold keine Steiffe, wie das Silber bey sich hat, so muste man die guldene Bracteatos desto dicker, und um deßwillen auch desto kleiner machen. Bey welcher Beschaffenheit, selbige der Sonnen-Zug, oder Sonnen-Stoß, oder auch die Winde / wohl auf der Erden liegen lassen sollen; so wenig man in einer Festung, für welcher viel Kugeln verschossen werden, zu befahren hat, daß selbige durch die Sonne, oder einen starcken Wind in die Lufft gezogen, und den Leuten auf die Köpffe regnen möchten.

cc) l. c. p. 4.

dd) l. c. p. 65. Conf. *Tentzelius* Dial. Menstr. A. 1689. p. 900. sq. 914.

ee) l. c.

ff) sæpius, sed satis nunquam, laudatus. Taceo, qui Burgundionum aut Francorum numos aureos jactant. gg) Sunt, qui inter numos Normannorum Scyphatos referunt. Et mirum sane, quod non sit, qui Constantinopolitanis eos tribuat, cum ovum ovo vix similius, ac Cauciis Byzantinorum patellæ nostræ. hh) Sed & celeberrimus *Sturmius* i i) audiendus: *concludo,* kk) inquit ille, *has patinas ita dictas in terra gremio latuisse, & de Ornamentis & monilibus vel hominum, vel equorum fuisse.* In quo sententiarum divortio quam quisque maxime probet, cuivis integrum. *Tentzelium* ego & *Lentilium* duces sequor. ll)

§. XXXI.

Bracteatorum vero & Cavorum numorum, qui nostro ævo veniunt nomine, *Panningos, Penningos, Pfanningos*, Pfennige, vulgo, superior vocavit ætas. Id docent antiquitatis monumenta, diplomata, litteræ. Docent & Scriptores medii ævi ple- *Cum Bracteatis iidem sunt Veterum Panningi s. Pfennige.*

ff) Dial. Menstr. ad A. 1690. p. 436. A. 1689. p. 893. sqq. it. q. 907. Conf. *Hoffmanni* Müntz-Schlüssel, P. I. p. 113.

gg) Vid. *Chiffletius*, Vesontion. C. XLIX. & *Tentzelius*, ad A. 1689. p. 909. sqq.

hh) Conf. *du Fresne*, diss. de Infer. ævi Numism. §. XCVIII. & Glossar. T. I. f. 998.

i i) In laudata de Iride Disput. teste Cl. *Ringmachero*, l. c. p. 72.

kk) Ita vero ille de Origine hujus generis patellarum multa præfatus concludit. At vero qui subscribat sententiæ scio neminem, nisi celeberrimum *D. Tenzelium*, in Dial. Menstr. A. 1689. p 906. Refutat sententiam Anonymus, apud *Tentzelium*, l. c. p. 906.

ll) Plura de Guttulis seu Patinis Iridis nosse qui cupiat, adeat, præter laudatum *Tentzelium, Ringmacherum*, & quos laudavi, *Olearium* Isagog. ad Numoph. Bract. p. 15. Müntz-Wissenschafft, p. 91. Fj. Specim. Univ. rei Numariæ, p. 18. *D. Mentzel* Dec. II. Ephem. Germ. Obs. III. p. 23. 34. alios.

plerique omnes. a) Sed & Pfannen-Müntzen, à forma quam habent, lebetibus, batillis patellisque non plane absimili; b) & numos contra solidos à moneta c) Romanorum Müntzen, nec non Schillinge vocavit Antiquitas. d) Quæ Penningorum denominatio uti olim majoribus æque ac minoribus adhæsit numis: ita successu temporis, moneta magis magisque corrupta, posterioribus solis permansit. e) Ex his deinceps majores nostri f) reliquas monetarum species computarunt, juxta mensuras suas, *libram* sc. *marcam, talentum, solidum*, seu *Schillingum*, &c. Librarum certe Penningorum, Pfund-Pfennige, & Halerorum, seu Halensium, g) Pfund-Heller, de quibus infra pluribus, denominatio uti illis seculis, superioribus puta, ortum duxit; ita tantum non ubique usus earum fuit & frequentissimus, & celeberrimus. Sed & speciatim Bracteales nostros Pfaffen Pfennige, salutari novimus, h) ob nullam certe aliam rationem, quam, quod plurimam partem à Personis, quas vocant, sacris, Episcopis, Abbatibus, Abbatissis, &c. in

Pfaffen-Pfennige.

a) Vid. *Carpzovii* Ober-Laußnitzischer Ehren-Tempel, P. I. c. 2. p. 193. Conf. & *Hoffmanni* Müntz-Schlüssel, P. I. p. 122. sq.

b) Conf. Dn. *de Ludewig*, l. c. Adde Historiolam, C. VIII. §. 7. p. 59.

c) De Etymo monetæ vid. Cl. *Ringmacher*, Tr. Hist. Pol. de Nummis, p. 12.

d) Vid. celeberr. Liebknecht, Diss. de Num. Bract. Hassiacis, p. 7. At voculam Germanorum Müntz à vocibus Mein und Nutz (so die alten Sachsen Min Nutz, weilen die Müntz zum Nutz und Frommen im Handel und Wandel dienstlich ausgesprochen/) derivat *Hoffmannus* l. c. p. 14.

e) Ita scribit B. *Tentzelius*, Hist. Goth. Suppl. II. p. 36.

f) Verba sunt laudati modo *Liebknechtii*, l. c.

g) Et Halenses duplici, & simplici litera vulgo scribi alibi diximus.

h) Celeberr. *Struvius*. Jur. Publ. c. XII. §. 34. p. 608. Conf. Cl. *Leuckfeld* l. c. p. 5.

in monasteriis, vel usus, vel ostentationis gratia, cusi fuere, & vel operariis in Cœnobiis condendis & reficiendis mercedis loco distributi, vel honoris gratia, aut potius favoris demerendi, sæpe & aucupandi ergo, rerum sacrarum fautoribus, studiosisque, donati. A quo usu sacro quin & Heiligen-Pfennige, compellati sint, nullum profecto dubium. i) Sunt & qui Strauben-Pfennige, Struve-Pfennige, salutant. k) Ab imperitis etiam Heiden-Pfennige subinde, sed male, vocitari, supra dictum est. Heiligen- Pfennige. Strauben- und Heiden-Pfennige.

§. XXXII.

Numis solidis, quos sequiorem ætatem German. dicke Müntzen, it. das schwehre Geld, dixisse constat; quique ante Bracteatos soli, subsequentibus vero seculis, & medii quidem ævi, una cum Bracteatis in usu fuere, a) opponi, ceu ὡς ἐν παρόδῳ & paulo ante notavimus, Panningos nostros bracteales, eosque ob λεπτότητα & levitatem suam leichte Müntzen, it. Leicht-Geld, adpellari, neminem forte fugit. Et id nominis etiamnum vulgo usurpatur, cessante etiam usu bractealium, quorum ceu diximus haud pauci ea fuere levitate, ut vel aquæ innatasse, Schwimmere inde dicti, vel à ventis in aërem abrepti, Leicht- Geld.

 imo

i) De Ludewig, l. c. p. 50. Heic ne cum nostris confundas cave *Numismata*, quæ dicunt sacra, quæ Romæ Seculo jam XII. peregrinantibus, pileis ipsorum affigenda aut coronis appendenda, vendebantur. De quibus B. *Schmidius*, Lex. Eccles. P. I. p. 148.

k) *Hoffmann.* Müntz-Schlüssel, P. I. p. 223.

a) Et solidos bracteatos medio ævo in usu pariter extitisse, magis tamen sequioribus seculis posteriores, ex Historia illorum temporum novimus. Vide, sis, *Schlegelium* de Numis Isenacen. pag. 176. & *Heineccium*, Syllog. Num. Goslar. §. VIII. f. 6. Quid? quod & inter nostros haud pauci videantur, sed minoris moduli, solidi & bilaterales.

Rheinischer Wehrung.

imo & halitu flecti potuisse, b) perhibeantur. Eccur vero hoc levius numorum genus, das leichte Geld, à Rheno denominetur Rheinischer-gravius vero Fränckischer Wehrung, nulla forte alia suppetit ratio, quam quod in tractu Rhenano, ubi Imperatorum officinæ monetariæ potiores c) extitisse commemorantur, hujus generis monetæ frequentior usus; Franciæ vero Reges, Imperatoresque, solidos maxime cudendos curarunt. Sed & alia, præter commemorata, Bractealium nostrorum suppetunt nomina. Vocantur *Augusti*, aut potius *Augusti*, quia *Augustorum nomine, indepta inde facultate, pluribus in locis signabantur.* d) Quam tamen Etymologiam, præeuntibus *Conringio* & *Hottingero*, e) improbat B. D. *Schmidius, cernebantur in his,* inquiens, f) *plerumque Præsulum & Abbatum effigies, ob quas Tigurini illas olim dixerunt* Angster, *contracte nimirum ab* Angesichter, *quod vultum aliquem humanum referrent.* g) Et numi *Scyphati,* de quibus paulo ante, audiunt. h) Numi item *incusi*; i) & numi in modum scutellæ formati. k) Quæ quidem de nomine numorum Bractealium, Syno-

Quibus opponitur Schwehr-Geld/ Fränckische Wehrung.

Angster.

Numi Scyphati, incusi &c.

b) Daß man selbige auch mit dem Othem biegen kan; Verba sunt Dn. *de Ludevvig*, l. c. p. 39.

c) Vid. multoties nobis laudatus Dn. *de Ludevvig*, l. c. C. XIV. p. 228. in not.

d) Ita, sed perperam, colligit *Vadianus* de Collegiis & Monasteriis Germaniæ veteribus. Lib. I. ex Bibl. *Melch. Haimensfeld. Goldasti* Tom. III. Rerum Alamann. fol. 29. & cum eo *Olearius* Isagog. ad Numoph. Br. p. 10. 12.

e) Conf. Cl. Ringmacher, Tr. Hist. Polit. de Numm. §. IV. p. 41.

f) De Numm. Bract. Numburg. & Pegaviensibus. p. 6.

g) Rectius adeo Angster, & Angusti dicuntur, quam Augster, & Augusti.

h) Conf. Olearius, l. c.

i) Ita *Chiffletius*, loc. supra citato. *Olear.* p. 24.

k) Id. p. 10.

Synonymisque, fuse satis, & fusius fortasse, quam pro ratione instituti nostri, at non plane inutiliter, quum ex' variis istis Denominationibus pleraque omnia quæ de ipsis dici possunt, fluant & redundent, dicta sunto. Ad rem nunc propius.

§. XXXIII.

Germanorum esse Numos Bracteatos plus simplice vice diximus; at vero Germanorum esse proprios, dubium. Affirmativam tuetur in Numismatognosia superioris ævi Princeps, Cl. *Tentzelius*, wir Teutschen, scribens, a) haben ohnedem die so genannten Bracteatos und Blech-Pfennige unter unsern alten Müntzen, als etwas sonderbares vor andern Nationen: Denn wir finden weder unter den alten Frantzösischen, so Bouteroüe, du Fresne, und le Blanc; noch unter den alten Engel-Sächsischen, so Speeld und Spelmann, noch unter den alten Gothischen und Runischen, so Schefferus, Mulenius, Bartholinus, und andere explicirt haben. Haben nun diese gelehrte Männer so grossen Fleiß angewendet, die alten Müntzen ihres Vatterlandes zu erforschen; Wer wollte es einem Teutschen übel auslegen, wann er mit den Bracteatis dergleichen thut? Zumalen dieselbige ein unbetrügliches Zeugnus der zu ihrer Zeit gewöhnlichen Namen, Titul, Wapen, Kleidung, und dergleichen an die Hand geben. rc. At non idem sentire videntur alii. Imperatores Constantinopolitanos primos numorum bractealium auctores laudat *Sperlingius*, b) qui consulibus ejusmodi numos in argento spargendi potestatem in ludis publicis concessisse dicuntur; ὑπατία, ut *Novella Justiniani* c) *habet*, ἐν μιλιαρησίοις τε καὶ μήλοις καὶ χαυνίοις, καὶ τετραγώνοις συμμέτροις, καὶ τοιούτοις; ne nimirum sumtibus nimiis

Germanorum Numi Bracteati.

Cur,

a) Dial. Menstr. A. 1698. p. 626. sq.

b) Epistol. laudat. p. 50. sq.

c) CV. c. 11. §. 3.

miis in numis solidis spargendis exhaurirentur. d) Seculo adeo Justinianeo primam numorum Bractealium ætatem, recta *Scaligeri* sententia, (de qua paulo ante,) tribuit Vir Cl. A Byzantinis hoc genus numorum didicisse Gothos, & populos adeo Septentrionales plerosque omnes, Suecos, Danos, Norvagos, nec non Anglos, idem, & me quidem judice, non male, contendit. Quæ adeo altera Bracteatorum ætas est. Runicis certe literis insignitos bracteales aureos, æque ac argenteos, non paucos exhibent Cl. *Bartholinus*, junior, e) *Scheferus*, alii. f) Nec dubitant Scriptores isti, & qui ipsorum vestigia legunt, supra nobis laudati, seculis Christianismi, in Septentrionalibus, si non superiores, at inferiores saltem, bracteales statuere. g) Suffragatur Dn. *de Ludevvig*, non inficiatur certe, Seculo jam tum VII. IIX. & quæ sequuntur, in usu fuisse Danicos ac Suecicos Bracteatos, & ab iis denique in Germaniam translatos, ibidemque majori, quam alibi, copia cusos, distractosque. h) Quæ adeo tertia ætas numorum laminarium. Et in Anglia id genus numûm in usu fuisse, antequam in Germania ii innotuerint, ex *Sim. Dunelmensi* i) evincere conatur ὁ πάνυ noster *Sperlingius*; k) cujus partes tuetur Hanoveranus ille Νομισματόφιλος, Cl. *S. H. Schmidius*, l) qui ab Henrico Leone, ex Anglia reduce, ad A. 1167. numos cudere Bracteales Brunsuicenses primum edoctos fuisse adstruit. In

d) Aliam rei causam tradit *du Fresne*, Diss. de Inf. ævi Numism. §. XCVIII. Mirum, quod ne verbulo quidem bractealium Germanorum mentionem h. l. facit laudatus *du Fresne*.

e) Antiqv. Danic. p. 4.

f) Supra laudati *Bircherodius*, *Brennerus &c.*

g) Conf. *Schlegelius*, de Num. Isenac. p. 176. *Heineccius*, l. c. §. IX.

h) L. c. C. VI. §. 1. p. 11.

i) Histor. p. 21.

k) l. c. p. 79. Conf. *Heineccius*, l. c. §. IX.

l) Apud *Leuckfeld.* in Antiqv. Num. Halberstad. p. 12.

In quo Sententiarum divortio, à Septentrionalibus medio ævo ad Germanos transiisse Bracteatorum usum, & eo quidem maxime tempore, quo Civitates, Hanseaticarum postea nomen consequutæ, frequentius cœperint in illas regiones commerciorum causa navigationes instituere, cum *Heineccio* m) adserere haud sane dubito, simul & cum eodem adstruere, non Germanicæ omnino originis esse bracteales; nisi forte & Septentrionales gentes, quod multi faciunt, Germanis antiquis accensere velis. Sed & Cl. *Tentzelii* fidem haud omnino elevandam arbitror, qui numos laminares Germanis medii ævi tribuit ac vindicat: Si quidem gens alia nulla eadem copia, eademque varietate & qualitate Bracteatos cudit, usurpavitque. n) Et fulcro isto assertum nititur Excellentissimi Dn. de *Ludevvig*, non æque ad Rhenum, inque tractu Danubii, ac in Saxonia inferiori, Thuringiaque, reperiri Bracteatos: utpote quò, ob locorum intervalla ex Septentrione tardius devenerint & usurpari cœperint. o) De qua tamen sententia quid habendum sit, supra diximus. p)

& quaratione Germanis potissimum adscribantur?

G §. XXXIV.

m) l. c.

n) Vid. Celeberr. *J. C. Böhmer*, in Præf. ad *Leuckfeld*. Antiq. Num. Halberst. Conf. & *Tentzelius*, Suppl. II. Gothan. p. 31. Anglorum quasi-Bracteales in vere Bracteatorum societatem non admittens. Quo & B. *Schlegelii* verba, in Exercit. de Nummis Isenac. p. 174. spectant: *Sint illis* (Septentrionalibus) *nummi bracteati proprii; hoc tamen exinde consequitur, populis septentrionalibus & paucos, & minores, & antiquissimis solum temporibus fuisse nummos bracteatos, adeoque extra Germaniam nec omnibus, nec plerisque populis.* Hinc *Sperlingius*, l. c. p. 71. *Tandem etiam illud mirari contingit, cur in tanto numero & usu nummorum cavorum bracteatorum nullos Italicos, Francicos & Hispanicos comparere videamus, &c.*

o) Lib. cit. C. VI. §. I. p. 43. sq. Conf. *Moserus*, l. c. p. 18. *Liebknecht*, ll. cc.

p) In Præf. & alibi.

sum. Et hinc sane fit, quod paucos admodum (& forte nullos,) sequioris ævi videamus solidos. d)

§. XXXV.

Quod vero hoc numorum genus Germanis maxime (secquæ enim natio alia & copia, & varietate, & magnitudine pares habet? ut adeo vel isto nomine Bracteales Germanorum proprii, quamvis non æque Germanicæ originis, dici queant,) in deliciis non minus ac usu fuit, causam producit Cl. *Olearius*, a) Gentis probitatem, & qua inter alias nationes jam olim, teste *Tacito*, b) Germani eminuere, fidem. Quippe, cum viderent, haud paucos circumferri inter Romanos numos subferratos æque ac subæratos, c) nec ferra satis; qua- *Causa Bracteatorum.* *Fidem & probitatem Germanorum laudant Olearius.*

d) Exhibet tamen aureos æque ac argenteos, *Octav. de Strada à Rosberg*, in Vit. Impp. Cæsar, Roman. de quibus quid habendum, alii statuant.

a) Ita vero ille in Anastasi Agnesæ, p. 4. auctoritatem proculdubio & fidem *Tilemanni Frisii*, in specul. monet, p. 104. sequutus: Es sind die dünne Pfennige (Bracteati) geschlagen worden, ohne Zweiffel der Ursach halber, dieweil die Römische Pfennige, dicke Gröschlein waren, darunter viel Fälschereyen geschehen. Conf. ejusd. curiöse Müntz-Wissenschafft, p. 75. It. *Hoffmanni* qui cum *Oleario* facit, alter und neuer Müntz-Schlüssel, P. I, p. 224. Add. Excell. Dn. *de Ludevvig*, lib, laudat, c, V, §. 1, p. 26,

b) Lib. de Situ, moribus & populis Germ. c. V. Conf. Commentatores *Vetterus*, *Kirchmajerus*, alii, ad cit. c. V,

c) Huc faciunt & illa *Olearii* in Isagoge ad Numoph. Bracteat. p. 17. *nimia tenuitatis Bracteatorum hæc fuit ratio: quia in solidis cudendis eximia fraus adhibita, eosdem vel subferratos, vel subæratos efficiendo; in bracteatis autem tale quid non æque fieri potuit* Et alibi: der Römer falsches Geld gab hierzu (zu der Teutschen Bracteaten und Hohl-Müntzen,) Ursache, als welches zum Theil aussenher gut Silber, inwendig aber mit Ertz unterleget war: Dahero sie Subferrati, oder

qua in marginibus tentabant, probabantque (unde serrati nomen obtinuisse creduntur, d) suspectos, nec perforationibus (à quibus perforati adpellationem suam sunt sortiti, e) omnium bonitatem ita explorari posse, ut falsariorum technæ eluderentur penitus, adeoque dolus omnis præcaveretur, in lamina admodum tenui, seu bractea, quæ ærusçationem aut plane non admittit, aut saltim prodit, f) numos suos extare voluerunt. Quam fidem & in Anglis deprædicat *Sperlingius*, Ger-

oder Subærati, genennet wurden. Weilen aber die alten Teutschen solchen Betrug unter sich nicht leiden konnten, so machten sie ihr besonder eigenes Geld, und deßwegen so gar dünne, daß kein Betrug darinnen seyn konnte.

d) *Olear.* Müntz-Wissensch. p. 68. 91. Conf. *Dn. de Ludewig*, Lib. cit. c. V. §. p. 1. 30. & quæ supra de numis serratis diximus.

e) De numis perforatis Dn. *de Ludewig*, l. c. C. V. §. 1. p. 30. & c. VI. §. 1. p. 32. Wann irgend ein Betrug an Römischen oder andern dichtern Müntzen vermuthet, oder besorget wurde, stunde es einem frey, einen Nagel durch solches Geld zu schlagen, oder solches zu durchbohren. Daher der Nummorum perforatorum in den formulis medii ævi häuffig Erwähnung geschiehet. Et *Olearius*, l. c. p. 92. Etliche Müntzen sind durchlöchert, und zwar mit Fleiß: auch findet man an etlichen mehr, als ein Loch. Die Ursach dessen ist die fürnehmste gewesen, daß die Alten selbige Müntzen sonderlich geliebet, zu Ehren und Zierrath am Halse getragen, auch wohl dabey Aberglauben gehabt. Vid. *Chifletius* Anast. Child. c. 18. p. 271. Huc & *Numi Helenæ*, die Helenen-Pfennige, vulgo dicti, pertinent, quorum plerosque omnes perforatos videmus. Vid. *Langius* de Infer. ævi Numism. §. LXIX. f. 62. sqq. Welchermassen die Indianer-Müntze in der Mitte grosse viereckichte Löcher haben sollen, dadurch sie ihr Geld an Faden hängen, und Ellen-weis handeln, Vid. *Worm.* Mus. p. 360.

f) Admittere tamen numos Bracteatos corruptionem contendit Dn. *de Ludewig*, l. c. C. V. p. 28. sqq. at vero fraudes non æque, ac in solidis, occuli posse, idem arbitratur.

Germanosque æmulos laudat. g) At vero tantum abest, ut rationem istam Bracteatorum originis probet doctissimus *Schlegelius*, h) ut credere potius malit, *longe ignotiores subferratos subæratosque fuisse isti hominum seculo, quo Bracteati prodiere in lucem, quam huic nostro ad omnes antiquitates eruendas, divulgandasque alacri, & veluti à Numine quodam afflato.* Ex quo asserto Thesis ipsi prognata: *impossibile est Romanorum subæratos ansam dedisse fabricæ bracteatorum, & sine insigni ἀναχρονισμῷ statui nequit.* At, quem plus simplici vice laudavimus, celeberrimus *Heineccius*, i) sartam servat tectamque Germanorum in re numaria probitatem & fidem; ad certa vero, quibus primum depravati fuerint à falsariis & corruptoribus numi, Secula numorumque genera, non adscendens quasvis monetæ solidæ corruptelas ad bracteales formandos primam dedisse ansam perhibet: *cum igitur*, scribens, k) *dubitandum vix videatur, quin septentrionales populi tenues argenti laminas cuneos ferre primum omnium docuerint: non absonum erit statuere, Germanos, qui falsatorum artibus bonæ monetæ laudem fere perdiderant, hoc septentrionalium gentium institutum esse imitatos & Bracteatos primum cudisse?* Et sane non nisi numos Romanorum *bigatos, serratosque*, quippe quos solos intemeratos judicarint, admisisse & falli & fallere nolentes priscos Germanos, antequam ipsi numos cuderint, ex

& Heineccius.

Quas Virtutes & alia probant rationes.

g) Epist. laudat. p. 79. Ubi & Anglorum in falsarios animadversio commemoratur, vi cujus illi non contenti amputatæ dextræ pœna, (qua & priscos Germanos usos fuisse constat,) citra ullam redemtionem oculis & inferioribus corporis partibus reos mulctabant. *Henr. Huntodun.* Lib. VII. *Monetarios omnes totius Angliæ fecit* (Rex Angliæ) *ementulari & manus dextras abscindi.* Conf. *Ludovici Pii* Capitul. Tit. XXI. &, qui ea allegat, *Hochenbergius*, Germ. med. diss. X. p. m. 380. sq.

h) Exerc. Histor. de Numm. Isenac. p. 172. sq. it. p. 171.

i) §. IX. f. 7.

k) l. c.

ex *Tacito* l) manifestum est. Reges deinceps Francorum non nisi purissimi argenti numos solidos formandos curasse, annales illorum temporum docent. m) De Carolo M. constat, quod ne depravandis numis ansa præberetur & occasio, nullibi, nisi in regio suo palatio monetam cudi voluerit; n) exemplo Romanorum Veterum, qui in amplissimo suo imperio, nullum olim aliud ἀργυροκοπεῖον, seu monetariam officinam, quam Romæ in Junonis monetali templo, habuisse dicuntur. o) Nec minoris puritatis, integritatisque existimantur, quos Caroli posteri, Carolingi, seu Carolidæ vulgo dicti, extare voluerunt. p) Et eadem quidem incorrupta Germanorum

l) De situ, moribus & popul. Germ. c. V. Conf. *Hachenbergius* paulo ante laudatus. p. 358. D. *de Ludevvig.* l. c. C. V. §. 1. p. 29.

m) Vid. *Sam. Reyherus*: Tr. Jurid. de Numis argenteis antiquiss. C. I. Causas rei docet Dn. *de Ludevvig*, lib. cit. C. VII. §. 2. Conf. *Moserus* Animadvers. in Dn. de Ludewig Introd. in rem nummar. Germ. p. 11. Nisi forte malis ruditati, eique laudabili, qua tum rationem & artem metalla miscendi (quam ab Italis sequiori ævo didicisse Germanos volunt; Vid. *Olear.* Isagog. in Numophyl. Br. p. 15.) nescivisse seculum, verisimile est, adscribere.

n) Vid. *Berneggerus*, Quæstion. Miscellan. in Tac. German. XIX. *Hoffmanni* Münz-Schlüssel, P. I. p. 42. sqq. It. *Leuckfeld.* Antiq. Nummar. Halberstad. p. 26. sq. in Not. Quo vero pondere celebres illi Capitularium Caroli M. solidi fuerint, & valore, definire difficile. Argenteos Turonenses, (qui Turonibus in Gallia cusi, à loco nomen sortiti sunt) quidam interpretantur. Vid. *du Fresne* ad voc. Moneta; *Frisius*, qui *Turnosen* eos salutat. Lib. IV. C. 26. *Hachenberg.* l. c. §. XXI. Id quod numorum genus ante majoris ponderis ac pretii numos solidos subsequentis ævi (de quibus infra §. CXVIII.) magni in Germania usus fuit. Conf. §. CXVII.

o) Vid. *Bernegger.* Quæst. Miscell. ex Tac. XIX.

p) Carolidarum numorum puritatem virtuti eorum tribuit & pietati Dn. *de Ludevvig*; prudentiæ vero *Moserus*, in Animadv. sæpe laudatis p. 24. qua satius existimabant, cum jam tum pretium eminens argen-

manorum fide ac probitate, ne videlicet sic, quo alius alium falleret, ut ipse falleretur, numos suos bracteales formasse justissimam gentem laudatus *Olearius*, q) & qui cum eo, ceu diximus, faciunt, sibi persuadent, sentiunt, memoriæ produnt.

§. XXXVI.

Alii aliter (num rectius? non disputo) sentiunt, &, cum persuasi sint, non modo tempore, quo Bracteales cudi cœperunt, sed & longe ante, Romanorum numorum usum in commerciis fuisse plane amplius nullum, Longobardorum æque ac Francorum auctoritate & nova ipsorum pecunia suppressum, a) certiora mutatæ medio ævo pecuniæ argumenta & rationes conquirere & in scenam producere student & allaborant. *Ignorantiam adeo & ruditatem in arte fabricandi, sculpendi*, &c. nullius non deformitatis matrem, medii ævi deformem istum & monstrosum pecuniæ fœtum peperisse autumat judiciosissimus Dn. *de Ludewig*. b) Qualis nempe mater, talis pro-

Institiam fabricandi melioris nota numos prætendunt alii;

argento tributum fuerit, purum in numis exhibere, quam cupro inficere. Nec desunt hodienum, qui optant, ut puro potius, quoad ejus fieri potest, quam mixto argento, & nostra conflaretur pecunia.

q) Conferantur, quæ paulo ante hac de re diximus.

a) Quin, quantum numorum Romanorum Francicorum Regum ævo corradi potuerit & colligi, conflatum fuerit & abolitum non modo, ut & hac ratione gentilis impietas infringeretur, & extingueretur penitus, sed & ut ejus temporis Regibus ex novis Imaginibus & Insignibus ipsorum condecoratis numismatibus, sua constaret Auctoritas, dubium forte non est. Ipsi certe subsequentium seculorum non Principes modo, sed & Episcopi, Antecessorum suorum monetam, simul & ipsorum memoriam, ut extinguerent, omnem sæpe navarunt operam.

b) Verba celeberrimi Auctoris sunt: Die Dummheit und Unverstand voris

proles. Et sane non omni, dixeris, destituitur probabilitate argumentum. Quotusquisque enim est, qui medii ævi Seculorum non in literis modo barbariem, de qua multum & eleganter commentatur & queritur Cl. *Zvvingerus*, c) sed & in artibus mechanicis ignoret? d) At vero & sunt, qui hanc sententiam (non plane, me quidem judice, ἄτοπον, Bracteatorum plerorumque omnium deformitatem si spectes,) rejiciunt,

voriger Zeiten ist schuldig gewesen, daß man genöthiget worden, das Geld in dünnen Blech auszumüntzen; da man entweder keine Machinen gehabt, auf beyden Seiten zu prägen; oder aber kein Stempel-Schneider, welcher in Stahl arbeiten oder ins kleine etwas rechtgestaltes zu dringen gewust hätte. Dahero man sich vergnügen müssen, daß man jemand gefunden/ der in weiches Metall, oder auch nur ins harte Holtz geschnitten, und etwa die Form mit einem Hammer ins Blech schlagen können; u. s. w. Lib. cit. C. VI. §. 1. p. 52.

c) Orat. Inaugural. de Barbarie Seculorum superiorum; quam cum Principe suo Græce docto recudi curavit celeberrimus *Gœtzius*, Lipf. 1704.

d) De barbarie & ruditate in Artibus mechanicis superioris ævi non scite magis, quam vere noster, l. c. p. 33. Unsere alte Teutsche haben ehedem die Geheimnüsse von Winden, Schrauben, und andern Machinen, so wenig, als jetzo die Lappländer, verstanden/ und muß freylich ihr Stückgen Brod ihnen mächtig sauer worden seyn, da sie noch das Korn mit einer Holtz-Käule zu Meel schlagen müssen, und von Mahlen nichts gewust haben. Ja auch zu der Zeit, als der Wein-Bau in den innern Teutschland bekannt worden, welches im 11. und 12. Jahr-Hundert geschehen, hat man auch die Weinbeer mit Füssen ausgetretten, und mit 2. Brettern auspressen müssen, indem niemand eine Wissenschafft gehabt eine Schraub-Kelter anzulegen. Und selbsten auf das Müntzen zu kommen, so hat man noch für 100. Jahren an manchen Orten Pferde anspannen, und gantze Eichen-Bäume zu Rädern und Schrauben gebrauchen müssen, biß man ein vier Groschen-Stück heraus gepreßt und gepräget hat.

ciunt, & numos non omnes æque deformes, imo & bilaterales objiciunt; e) nec audiendum putant celeberrimum Auctorem, numos in curte regia, seu aula Imperatoria, satis scite cælatos, Artificibus ex Italia accitis esse tribuendos, existimantem; f) cum & inter ipsos Germanos non æque omnes artis fabricandi typos imperiti fuerint. g) Aliorum alia opinio & de Origine Bracteatorum: *inopiam nempe argenti medii ævi, & Seculorum ejus ætatis paupertatem*, pensi habent. h)

Inopiam alii nobilioris metalli, & penuriam,

Quotusquisque enim est, qui nescit, quo rarius quicquam est, eo parcius etiam eo nos uti, & in minimis portiunculis distribuere? Ex unico certe, eoque minimi moduli numo solido, quam plurimos cudi potuisse & formari numulos laminares minores haud certe est, quod dubitemus. De inopia autem argenti illorum temporum tantum abest, ut ambigamus, ut argentea potius & aurea nostra, meliora autem Secula superiora ferrea, dicere liceat. Magnam quidem pecuniæ vim in Germaniam intulisse non tam commerciorum ergo, quam bellorum, Romanos veteres, eorumque exercitus, magnosque sæpe defodisse Thesauros, i) annales loquuntur. De ea non dicam pecunia, qua bella sæpe redimebant, sociosque Germanos & amicos sibi conciliabant. Sed quanta quanta etiam fuerit in Germaniam illatorum numorum Romanorum æque ac Græcorum, quorum, & diversarum quidem

quam magna numorum Romanorum, aliarumque devictarum gentium illata pecuniæ vis sublevavit quidem,

H dem

e) Vid. Nobilissimus *Moserus*, l. c. p. 8. sq. Halberstadienses quosdam scite satis formatos ob oculos ponit. Cl. *Leuckfeldius*, Lib. cit. p. 16. 74. 82. Conf. Iconismorum Tab. II. III.

f) l. c. C. VI. p. 34.

g) *Leuckfeld.* l. c. §. 41. p. 75. Conf. *Moserus* l. c.

h) Quanta superiorum Seculorum pecuniæ inopia, præter annales temporum, diaria avorum nostrorum in sumtibus faciendis, nec non salaria & stipendia ut & merces operariorum & rerum pretia, loquuntur. Qua de re infra.

i) Conf. Dn. *de Ludevvig*, l. c. C. XV. p. 232. sq.

dem specierum, in Cimeliarchiis publicis 7000. extare *Carolus Patinus* k) adserit, 50000. vero apud *Leuckfeldium* l) non nemo rei numariæ veterum æque ac recentiorum seculorum longa scientissimus numerat, *Wolfg.* denique *Lazius* 70000, descriptionem animo volvisse dicitur: insanum magnum tamen eorum numerum multorum seculorum usui minime suffecisse, & maximam partem temporum fortunam & fata subiisse, haud mediocrem etiam eorum numerum Vulcano traditum novam formam induisse, n) vix dubium est. Nec, quæ ex devictis à Francis gentibus ac nationibus variis, & ex Italia cumprimis, in potestatem redactis Longobardis, in

k) Vid. *Bandurius*, Bibl. Num. Edit. Hamburg. p. 16. Conf. celeberrimi Dn. de Fabricii Not.

l) Antiquit. Num. Halberstad. p. 6. in Not. Dn. *de Ludevvig*, C. XI. §. 1. p. 78.

m) Testis est paulo ante laudatus *Bandurius* Lib. cit. p. 16. *Andr. Morellus*, Helv. *Bernas*, inter paucos in re numaria veterum longe versatissimus, Cl. *Schlegelii* in Gazophylacio Gothano, uno omnium locupletissimo, Antecessor numorum antiquorum 25000. exhibere ac illustrare voluit, egregiis istis conatibus An. 1703. d. 10. Apr. immortuus. Id. p. 16. & 123. sqq. Ne vero ignores, unde stupenda numûm & pecuniæ Romanorum vis & copia? adi, sis, quæ A. 1727. *Claudiopoli* Transilv. prodiit. *Vet. Daciam*, pag. 17. sqq.

n) In summa argenti inopia medii ævi ex numis potissimum, qui suppetebant, Romanorum, ad tollendam non modo peregrinæ gentis memoriam, sed & ad propriam stabiliendam auctoritatem & [illegible] summos Principes suos maximam partem cudisse numos, haud fere, qui inficias eat, autumo. Id, quod minime fefellit non incelebrem Gallum *le Blanc*, dans le Traité historique des Monnoyes de France, scite scribentem: *Un sçavant homme croit avec beaucoup de Vray-semblence, que le principal source, dont les François* (Franci) *tiroient la matiere de leur Monnoyes les épeces Romaines, ou & rangeres, qu'on recevoit des peuples, qu'on fondoit, pour les afiner, avant, que les porter au Thresor royal.* p. 39. Conf. *Leuckfeld.* l. c. p. 27.

in Germaniam subvehebantur summæ compluribus seculis *minime vero supple vit & sustulit.* subolescente avaritia, sufficiebant. Nec erant, quod & supra diximus, ævo illo, quo nati primum Bracteati perhibentur, eæ argenti aurique venæ, è quibus numis subinde cudendis larga satis, ut Seculis inferioribus, subvehi poterat materia. o) Ex quibus sane momentis plus satis dispalescit, quam angusta res priscorum Germanorum fuerit, in numis si divitiæ & opes quærendæ, quantaque nobiliorum metallorum inopia & penuria. At quorsum hæc? Ut pateat, ex summa argenti medii ævi inopia quod petitur pro ratione originis Bracteatorum argumentum, haud plane esse nullum. p) Siquidem, quod & paulo ante diximus, quo minor suppetit rei cujusdam copia, eo etiam minora frusta & portiones inde nasci videmus; & vice versa. Et istam sententiam ex pluribus non displicere Nobilissimo *Mosero*, q) novimus. Quæ tamen inopia nec commerciis, quæ maximam partem permutatione rerum fiebant, (quo modo etiamnum apud Bibliopolas merces librariæ commutari solent,) excessu vel defectu mercium paucis admodum numis suppletoriis compensato, obfuit, nec fidei publicæ (utpote, quæ plus damni auri, argentique copia, quam inopia, pati videtur, r) jacturam fecit. Sed instas forte & ur-

H 2 ges:

o) Vid. *Hachenberg.* Germ. med. Diss. X. §. III. *Meibomius*, Dissert. de Metalli fodinis Hartzicis, §. 21. *Heineccius*, Antiqv. Goslar. Lib. I. p. 11. sq.

p) Conf. *Schlegel.* de Num. Bract. Hersfeld. Abb. p. 43. in Not.

q) Animadvers. in Introd. in rem nummar. med. ævi Dn. *de Ludewig*, p. 8. sq.

r) Inter calamitates ævi nostri, sunt, qui inopiæ pecuniæ locum tribuunt haud postremum, de bonæ potius & intemeratæ pecuniæ penuria querentibus aliis. At vero non desunt, qui plurimas Seculi nostri calamitates, &, qui eas, fœcundæ matris instar, gignunt, pra-

ges: extare Bracteatos, qui solidos medii ævi pondere æquent, adeoque nihil profecisse parsimoniam, argumentumque pro Bracteatis infringi. Et Bracteatos dari, respondeo, satis grandes extensionem si spectes; at paucos forte, inter usuales cumprimis, qui magnitudine (minime vero pondere) numum æquent Vallensem. Et in nostris non nisi paucos habemus, quos moduli dicas secundi, cum reliquos omnes minimæ rectius adscribas formæ & magnitudini; pondus vero si spectes, maximum etiam bractealem minimo solido inferiorem judices. Nulla adeo quantitatis efficacia, summa ubi λεπτότης, summa tenuitas.

§. XXXVII.

Parsimoniam denique in impendendis sumtibus & αἰσχροκερδίαν Br. ansam dedisse sibi persuadent alii.

Dum adeo alii in prima numorum Brachealium origine, ejusque ratione explicanda, Veterum Germanorum laudant probitatem; inscitiam & imperitiam, ut in omnibus artibus politioribus, ita & in arte fabricandi, incusant alii; alii nobiliorum metallorum summam inopiam prætendunt; non desunt denique, qui turpem & pæne sordidam rebus parcendi & lucrandi in plerisque, præsulibus cumprimis, Bractealium conditoribus, rationem allegant & causam. In instrumentis ad ἀργυροκοπεῖον facientibus adornandis rudes admodum illius ævi,

pravos mores, nimiæ opulentiæ adscribunt cum Poëta, qui canit:

Prima peregrinos obscura pecunia mores
Intulit, & turpi fregerunt Secula luxu
divitiæ molles - -

adeoque ex novo orbe subvectos Thesauros, (quibus cum nulla non mala, quæ inter non ultimum luxus, & habendi cupido advecta credunt.) damnant magis quam laudant. Vid. Cl. *Zehneri* Neu-Europa, C. IV. p. 58. sqq. *Ringmacher*. Tr. Hist. Pol. §. XVIII. p. 33. sq.

ævi, de quo nobis ſermo eſt, fuiſſe homines, nemo forte homo, rerum Germanicarum antiquarum peritus, ibit inficias. Sed mater ſæpe ruditatis & inſcitiæ ſordida parſimonia. Quotus quisque eſt, qui neſciat, in officinis cudendi argenti quid artis requiratur, quid operæ, quidve denique impenſarum? Quantæ in numos, eosque elegantiores, impenſæ, quantave & qualis opera à Romanis olim factæ ſint, vel ex eo patet, quod tempore Imperatoris Aureliani, facta conſpiratione, non dubitarint cum ipſo Imperatore confligere monetarii, inque iis comprimendis VII. millia armatorum perierint. a) Nec *Falzios* habuere Superiora Secula, b) cælatores puta monetales peritos ſatis & cum modernis comparandos. Sed & Reges non habuere Boruſſicos, i. e. artium elegantiorum Promotores munificos, magnificos. Loquuntur certe profecto, quales illi boni viri extiterint artifices monſtroſæ in numis noſtris plerisque omnibus imagines, & quæ præterea in iis conſpiciuntur, figuræ. Etſi forte fuerit, qui reliquos arte ſculpendi, cælandique antecelluerit, in aulis nonniſi ſummorum Principum eum verſatum fuiſſe, probabile eſt. Quæ & ratio, cur Imperatorum numismata, Epiſcoporum & Principum, minorumque Statuum aliorum, multum ſuperent elegantia; c) imo & ipſorum Epiſcoporum bracteaļium alii aliis multo comtiores nitidioresque viſantur. d) Omnis vero numorum, ſi elegantiam ſpectas & ἀκρίβειαν, differentia à cælatorum monetalium

a) Vid. *Conringius*, diſp. de re nummaria in Rep. recte conſtituenda, §. 27. Conf. Dn. *de Ludewig*, l. c. XI. §. 1. p. 78.

b) *Raimund. Falzium*, Regis Boruſſiæ Monetarium (Medailleur) celeberrimum A. 1703. d. 21. *Maji* fato functum, cælatorum monetalium omnium principem, (qui vel ſolus beneficio nobiliſſimorum inſtrumentorum ſuorum arte ſtupenda, elegantiſſima numiſmata produxit,) ad aſtra, quibus & dignus eſt, extollit Dn. *de Ludewig* l. c. p. 34. Cui add. omnino Theſaurus Numiſmat. Seculi XVIII, Norimb. in fol. editus, p. 323. ſqq.

c) Id. l. c.

talium arte & ſolertia, nec non inſtrumentorum, quibus feriebantur, formabanturque, bonitate & conditione dependet. Accedit, quod in aulis ſummorum Principum & Imperatorum, ubi nullo non tempore numi cudebantur, nullis ad rem monetariam facile parcebatur ſumtibus, & ab exteris etiam, quod & ſupra diximus, ſicubi opus erat, artifices petebantur. Quibus impenſis impares cum forent Epiſcoporum, Præſulumque, nec non Monaſteriorum Antiſtites plerique omnes, ut de Civitatibus nil moveam, aut ſi forte eſſent, parcius multo impenderent ſumtus, de juribus ſuis & prærogativis, quibus gaudebant, nec non commodis, quæ ex re monetaria capiebant, e) ſoliciti magis, quam de forma numorum, eorundemque elegantia; eos ipſos ἀμελείας ſuæ & ἀπειροκαλίας teſtes reliquere ἀφιλόκαλοι, præſertim, cum ſcirent, futurum non eſſe, ætatem ut ferant: Siquidem eos minime fugiebat, fato cum fungerentur, fore, ut monetæ rejectaneæ (ungangbarer Wehrung) titulo rejicerentur, abolerentur, mox & conflarentur, novi Præſulis numis novis ſurrogatis, invectisque. f) Haud enim pari

d) Cl. *Olearius*, Iſag. p. 43. Monetarii, qui juſſu & impenſis ſuperiorum bracteatos cudere debebant, non omnes erant ejusdem peritiæ, neque artis.

e) Scite hac de re nobiliſſimus *Moserus*, l. c. p. 10. Die Müntzen wurden gemeiniglich in kurtzer Zeit wieder umgeſchmeltzt und ungültig gemacht. Wo nun die Müntz-Herren geitzig waren/ oder das Geld um Handels und Wandels wegen, und nicht der Reputation halben ſchlagen laſſen, ſo war man zufrieden, wann man nur wußte, von wem die Müntze wäre/ und achteten, es trüg die Koſten und Mühe nicht aus, deßwegen Wercke und Meiſter (beſonders zu bilateralibus,) verfertigen und beſchreiben zu laſſen. Affinia ſunt, hac de re quæ docet Excellentiſſ. Dn. *de Ludewig*.

f) Medii ævi temporibus, more ſeculi, cum novo Principe & Epiſcopo nova etiam moneta, abdicata veteri, (quæ pretio multo ſæpe, quam antea, minori, utpote impoſterum non valitura, redimi ſolebat,) con-

pari pietate vultus Principum & Antecessorum suspiciebant sancti Patres, qua Romani olim suorum Principum *os divinum, vultusque æternales.* g) Adde, quod & haud raro & brevi sæpe tempore, ad commodum imperantium mutabatur moneta. Et quanquam sub prima numorum bractealium incunabula operæ pretium (Schlag-Schatz) aut nullum plane, aut exiguum admodum, h) nulloque admixto metallo deteriori compensandum, i) in cambiis tamen frequentioribus, non minimus quæstus ponebatur. k) Nec cum mutarentur numi,

conflabatur, novaque imagine signata, introducebatur, cambio haud certe minimo acquirenda & commutanda. Non nisi adeo nova moneta amabatur, laudabatur. Quæ seculi consuetudo & ad nostrum devenit ævum, qua numis haud paucis inscribitur: *moneta nova*, utpote quæ antiqua in usu potior habeatur more antiquo, quamquam haud raro materia & pondere (an Korn und Schrot) multo deterior reperitur.

g) Vid. Dn. *de Ludevvig*, l. c. p. 70. Quam sancte habuerint Imperatorum suorum numos Romani, vel ex eo patet, quod nefas existimabant, meretricibus pecuniam sacro Cæsaris Ore insignitam dari: Wer Kayserlich Geld, oder welches gleich viel ist, darauf das Bild des Kaysers, einer Hure zum Lohn gebe, solte als einer, der die Majestät entheiliget, und verunreiniget hätte, am Leben gestraffet werden. Dn. *de Ludevvig*, l. c. 70. Addit, daß ein Herr in die Inquisition kommen / weil er seinem Knecht, der ein Kayserlich Kopffstuck in der Hand gehabt, eine Maulschelle gegeben. Quantum distamus ab illis! Conf. de Sanctitate Imaginum Impp. Romanor. Acerr. Philol. nov. Tom. I. P. I, p. 11.

h) Id. l. c. p. 16. 199.

i) Seculis demum sequioribus mos iste invaluit probitati priscorum Germanorum minime conveniens.

k) Quæ cambii, & quæstus ex eo medio ævo fuerit ratio, pluribus docet *Moserus*, l. c. p. 11. Nec h. l. silentio prætereundum, non nisi in unius domini territorio, superiori, de quo nobis sermo est, ævo

mi, quod utplurimum certis de causis l) altero fiebat decennio, quæstus deerat, mutationisque pretium. Cautum ei rei (id quod & supra diximus,) privilegio, quod dicitur, Culmensi. *Dicta*, habet illud, *moneta* (bractealis puta,) *non nisi singulis decenniis renovetur, & quoties renovata fuerit*, (haud nihil enim intra decennium lamellis tenuissimis quotidiano usu detritis splendoris decedebat & ponderis, haud pauci etiam diffringebantur,) *XII. nummi novi pro XIV. veteribus cambiantur.* Cujus adeo finis, f. quæstus, pro voto, citra etiam sumtus in elegantiam numorum impendendos, participes cum fierent fabricarum monetariarum domini æque ac præfecti, minime sane mirum est, quod minus elegantes cudendos curarint numos parci in faciendis sumtibus, ad quæstum vero augendum mirum quantum intenti. Nec probitas adeo priscorum Germanorum ex mente *Olearii*, & qui eum sequuntur; nec ruditas sola medii ævi, quam urget Dn. *de Ludewig*; nec etiam inopia priscorum temporum; sed, & vel maxime quidem, sordida in impendendis in ἀργυροκοπεῖα & numorum elegantiam sumtibus parsimonia & ἀφιλόκαλος socordia, causa fuerunt & ansa, bracteales hujusmodi & laminares fabricandi, feriendique; ut qui minima opera, & vel unius Laminarii arte, excudi poterant & signari. m) Finio verbis Excell. Dn. *de Ludewig*

Ἐπίκρισις.

Deß

ævo, numos utplurimum valuisse ab illo cusos. Cambio adeo opus erat in commerciis frequentissimo. Conf. *Frisius*, Spec. Monet. ad Sec. XIII.

l) de quibus paulo post. De Culmensi vero Privilegio supra dictum. Conf. *Olearius*, Isagog. p. 17.

m) Inter complures, quas commemoramus, rationes, quæ medii ævi Germanos ad rudissimam numorum signationem moverint, nulla certe prægnantior est, quam parsimonia. Qui noverit, quantas impensas olim fecerint Romani hac in re, quantamque hominum multitudinem eum in finem aluerint; & qui moderno tempore, quo

Deßwegen nimmermehr zu glauben, daß, wenn man die Unkosten nicht gescheuet hätte, Leute zu verschreiben, (oder auch zu belohnen,) welche sich auf das Müntz-Wesen verstanden, die Bischöffe, Fürsten und Städte ihre Pfennige solchen Dölpeln in die Hand gegeben haben würden. n) Et hæc quidem de occasione & causis, quibus accepti ferendi incomti nostri Bracteales.

§. XXXVIII.

Ac vero cujus auctoritate & auspiciis primum prodierint Bracteales numi, & ad quos, quave ratione, sequioribus seculis, jus cudendi hujus generis numos derivatum fuerit, dispiciendum nunc est. Supra diximus, non nisi summæ potestatis

Causa efficiens prima & primaria Numorum Br. Summus Princeps seu Imp. Germ.

I

quo etiam mirum in modum artes fabriles accrevere, impendantur sumptus, haud difficulter colliget, quod Episcopi plerique omnes, & principes forte haud pauci, in summa rerum inopia, temporumque injuria, impensis in numos, solidos cumprimis, affabre cudendos impares fuerint. Conf. *Conringius*, Diss. cit. §. 27. Conf. *Hoffmanni* Müntz-Schlüssel, P. I. c. 11. p. 25. sqq.

n) l. c. C. V. p. 39. Quo & illa verba, quæ hactenus diximus omnia summatim comprehendentia, pertinent, p. 70. daß man in Teutschland so gar garstig mit den Müntz-Bildungen, absonderlich der Hohl-Pfennige, umgegangen / solches mag wohl verschiedene Ursachen haben. Denn erstlich fiel der Aberglaube mit dem Christenthum, daß man denen Müntzen keine Göttliche Ehrfurcht schuldig wäre. (Conf. §. XXXVII. n. 9.) Nachgehends fehlte es auch an der Wissenschafft und geschickten Künstlern darzu. Ferner hielte man bey denen alten Christen wenig auf zierliche Bildungen der Heiligen. Uber dieses war der Schlag-Schatz sehr gering, welchen man denen Müntz-Kosten zu gut gehen liesse. Endlich gab man das Recht zu Müntzen geitzigen Pfaffen und Städten in die Hand / die alles hingesudelt, und nichts rechts auf die Schnitte zur Ehre und Wohlstand der Sachen wenden wollen. Letztens, waren auch wenig Kenner und Liebhaber in Teutschland, welche dergleichen Pfennige um der Kunst willen hoch gehalten / oder zur Augen-Weide aufgehoben hätten.

ſtatis eſſe jus cudendæ monetæ. Et quemadmodum in vetuſtiſſima XII. Tabularum ſanctione jus cudendæ monetæ ſolis triumviris monetalibus tributum legimus ; quod poſtea Principes Cæſareſque ſibi vindicarunt : ita apud Germanos inter ea ſemper habitum eſt, quæ *Regalia* vocantur, & ſoli Regi, aut, *cui is indulſerit*, competere creditum. a) Regalia ſunt: *Arimanniæ*, b) *via publicæ, flumina navigabilia, portus, ripatica, vectigalia, quæ vulgo dicuntur telonea*, moneta, &c. c) dictitant Leges Imperatoriæ. Idem olim voluerunt *Regalia Gothica*. Et inter Regalia *Longobardica*, teſte *Conringio*, d) ſemper numerata fuerunt *cudenda jura monetæ. Factum adeo idem in Germania: niſi quod multis à Rege, ſeu Cæſare Germanico, jus hoc commune ſit factum; qui tamen omnes agnoſcere coguntur, jus ſibi hoc privilegii inſtar à Cæſare conceſſum eſſe.* De Carolo M. dictum fuit, quod nullibi, niſi in regia ſua, monetam cudi voluerit. e) Ejus poſteri, Carolingii vulgo dicti, nihil antiquius habuere, nihilque ſanctius, jure monetali. f) Nec forte eſt, qui de jure hoc ſummæ poteſtatis dubitet. g) Adeo-

a) *Hachenberg*. Germ. Diſſ. X. §. XXVII. p. m. 378.

b) *Arimannia* obligatio eſt in Vaſallis eundi in exercitum. V. *du Freſne*, Gloſſ. Tom. I. P. I. fol. 833. ubi non inſcite ab Herr und Mann (qs. dicas Virum exercitus,) vocem derivat.

c) Fridericus I. in Feudorum Lib. V. de Jure Fiſci. Conf. das Kayſerl. Land- und Lehn-Gericht/ Lib. I. Tit. 12. Wir ſprechen, daß alle Müntzen, ꝛc. *Leuckfeld*, Antiqv. Nummar. Halberſt. p. 24. Laudatus *Moſerus*, l. c. p. 20.

d) Diſp. cit. §. XXXVII.

e) V. *Leuckfeld*. l. c. & quos ille laudat Auctores. Conf. *Hoffmanni* Müntz-Schlüſſel, p. 42.

f) Dn. *de Ludevvig*, l. c. C. VIII. §. 2.

g) Laudatus *Conringius*, Diſp. laudat. l. c. Ubi & rationes colliguntur. Conf. *Keckermannus*, Diſp. Polit. XXXI. p. 612. ſqq. Quæſtio eſt: *Cur magna moneta ratio habenda in Republica? Cl. Ringmacher.*

Adeoque & in Germania jus cudendi Bracteales non nisi penes Imperatorem fuisse recte dixeris. At vero novimus, inquis, *Henricum Leonem*, A. 1167. ex Anglia reducem, Anglorum etiam morem in fabricandis Bracteatis in terris suis fuisse imitatum. h) Episcopum etiam Halberstadiensem hoc institutum sequutum novimus. i) De Duce Sueviæ *Conrado*, qui A. 1138. Imperii Romani Sceptra capessivit, superstites Bracteales, cum Inscriptione: KUNRAD D. SVEV. testificantur, quod & ipse, & ante quidem Leonem, ejus generis numos feriendos curarit. De Ludovico, primo Thuringiæ Landgravio, A. 1055. defuncto, idem perhibet *Frisius*, ejusque numos Bracteales in scenam producit. k) His ut occurratur exemplis, &, quæ inde moventur dubiis, distinguere juverit & tempora & jura monetandi, (ut sequioris ætatis utar voce,) & ipsos denique numos. Caroli M. ejusque stirpis successorum ævo penes Imperatorem solum jus feriendi numos fuisse certo certe certius est; l) nec ullum alium Principem & Episcopum eodem cum Imperatore jure gavisum ex Impp. Carolinæ Stirpis indulgentia, aut etiam, in summa præsertim argenti inopia, adspirasse aut adspirare ausum fuisse, constat. Adeoque fabulosum, ad Episcopatus quosdam Caroli M. beneficio Regale isthoc fuisse devolutum. Id quod ne de Carolingorum *Cujus beneficio seculis inferioribus ad nobiliores etiam Imperii Status jus monetandi derivatum est.*

I 2

macher, l. c. §. 9. p. 21. sqq. Ubi & pluribus de concessione & communicabilitate hujus juris agitur, & *noxiam esse in multos diffusam monetæ cudendæ potestatem*, probatur.

h) Vid. *Leuckfeld*, l. c. p. 12.

i) Id.

k) Müntz-Spiegel, Lib. III. C. XI. Conf. *Tentzelius*. Dial. Menstr. A. 1689. p. 896.

l) Hinc paulo ante laudatus *Leuckfeld*. l. c. p. 26. Diß bleibet wohl richtig, daß vorbesagter Kayser und vorhero König/ Carolus M. diß jus regale allein exerciret, und deßwegen sein noch vorhandenes Gesetz (Vid. LL. Salic. Caroli M. §. II.) gegeben habe, &c.

gorum quidem ævo statuendum putatur. m) Si proinde numi suppeterent Bracteati Seculi IX. alii certe non forent, quam Imperatorum. Ut vero, extincta Caroli M. stirpe longe aliam faciem sortitæ sunt res Germanorum; ita & sortita est res numaria. Multa novimus Monasteria & Episcopatus fundasse Seculo X. ex Saxonum Gente Imperatores Ottonem I. æque ac II. & qui eorum æmulati sunt & imitati pietatem: non fundasse autem solum & bonis dotasse, ditasseque constat, sed & in ornandis eis privilegiis ac juribus summam potestatem decentibus, operam, ut cum Comico loquar, abusos fuisse. n) Quibus & mox jus cudendi monetam, jus item telonei, seu cambii, ut quidam interpretantur, accessit. Id quod haud parvi momenti beneficium uni, alterive Episcopo ex Summo Imperatoris favore cum obtigisset, mox & alii Monasteriorum & Episcopatuum Antistites & Præsules precibus, & quibuscunque potuerunt, artibus id ipsum expetierunt, efflagitarunt, extorserunt. Num vero Duces & Principes Imperii nobiliores, potentioresque, o) non tam precibus & Cæsarum Indulgentia, quam jure auctoritatis suæ & proprio adeo motu & potestate, ohne des Königs, oder Kaysers Danck, p) idem jus

m) Ita celeberr. Dn. *de Ludevvig*, l. c. VII. p. 45. Zu der *Carolinger* Zeit, wurde in Teutschland niemand mit dem Müntz-Wesen belehnet. Es war auch ausser dem Könige kein Landes-Herr in Teutschland, der sich dieser Macht selbsten anmassen sollen. Dahero alle Müntzen dem Kayser zugehörten.

n) Vid. D. *Jac. Car. Speners* Histor. Germ. Part. I. Lib. IV. c. 9. &, quos hac in re allegat Auctores, Cl. *Leuckfeld.* l. c. p. 30.

o) Eos commemorat celeberr. Dn. *de Ludevvig*, Lib. cit. C. VIII. §. 4. p. 54. adpellat die sechs grosse Landes-Herren / welche das Müntz-Wesen, vermög ihrer Landes-Hoheit so fort gehabt, da andere es erst von den Kaysern, aus sonderbaren Gnaden, zu Lehen empfangen.

p) Ita Noster l. c. C. VII. §. III. p. 46. zu Ottonis M. Zeiten haben sich ohne

jus & privilegium sibi sumserint, adeoque supra laudati Duces, Conradus Svevus, nec non Leo Superbus, Bracteales suos ἀδεσπότως cuderint, μέγα λίαν αἴτημα. Negativam tuentur adversus Dn. Cancellarium *de Ludevvig*, q) Dn. *de Bunau*, r) *Struvius*, s) alii; omnesque Imperii Status, quicunque etiam illi fuerint, Imperatoribus, non eminentiori cuidam suæ auctoritati, jus istud debuisse contendunt, probant, evincunt; idque vi (paulo post allegandæ) Constitutionis Imperatoriæ, suæque subjectionis, quam Cæsari ac Imperio debebant, fideique. De Minoribus, junioribusque Imperii Romani Statibus, Ecclesiasticis æque ac Secularibus, Comitibus, Rebuspublicis & Civitatibus, quæ Seculis demum inferioribus, post Henrici Leonis, & Conradini fata, juris monetandi compotes facti sunt, t) tanto minus dubitandum, quod hoc jus Cæsari acceptum ferre debuerint, quanto viribus minores erant, invitoque Imperatore quicquam sibi minime ausi sumere & vindicare. u) Istam vero, quam Cæsari & Imperio debebant in re numaria

 fidem

ohne des Königs Danck die alte Hertzogen der Freyheit zu müntzen bedienet.

q) Id. l. c.

r) Differt. de jure circa rem monetar. c. 11.

s) Syntagm. Jur. Publ. C. XII.

t) Scite hac de re Dn. *de Ludevvig*, l. c. C. II. §. 7. p. 92. sq.

u) Assertum Dn. *de Ludevvig*, l. c. p. 93. Daß die neuen Reichs-Stände mit der Landes-Hoheit auch das Recht zu müntzen an sich gebracht, impugnat Nobiliss. Dn. *Moserus*, l. c. p. 45. seqv. argumento: Hätten die Stände das Müntz-Recht vi superioritatis territorialis; so hätten solches heut zu Tag alle Stände, wenigstens in denen beyden höhern Collegiis. Nun haben einige derselben es jetzo noch nicht, auch niemaln gehabt; und ist also ihr jetziges nicht haben, nicht aus einer Præscriptione propter non usum, und das haben des Müntz-Rechtes nicht ex superioritate territoriali, sondern ex privilegio. Conf. *Hoffmann.* Müntz-Schlüssel, P. I. pag. 16. sqq.

fidem ut probarent, publiceque, cui potestatem cudendi monetam acceptam ferrent, testarentur, altero numi latere Imperatoris & Imperii aquilam Cæsaream bicipitem cum Imp. Insignibus *) exprimere ex Constitutione Imp. monetali An. 1559. **) obligatos novimus. Num vero Civitates tantum, quod Dn. *de Ludevvig* x) adstruit, hæc constitutio obliget, & non æque alios Imperii status, *Moserus*, y) ex ipsis Constitutionis verbis, z) disquirit. Ex quibus adeo luculenter satis dispalescit, primo, cui acceptos referimus numos bracteales, tempore, solos Imperatores; ab Ottonum vero Seculo, ple-

rosque

*) Insignia regia in numis exprimere minime olim licuisse inferioribus, Vasallisque, adeoque nefas fuisse in aprico est. Conf. Celeberr. *Cangius*. Glossar. T. II. P. II. f. 687. At fidei signum est in Imperio Romano.

**) Hanc constitut. Imperial. monetal. de An. 1559. exhibet noster *Moserus*, l. c. p. 30.

x) Verba ejus sunt: Weil die Reichs-Städte ihr Müntz-Recht aus Begnadigung des Kaysers haben, so führen sie auch den Nahmen und das Wappen ihres Wohlthäters auf den Müntzen; welches hingegen die alten Fürsten weder jemals vorher gethan, noch auch jetzo zu thun, die geringste Ursach wider sich finden.

y) l. c. p. 29. sqq.

z) Quæ sunt: muß einer gemeinen durchgehenden Müntz-Ordnung, wie die hinführo im gantzen Reich Teutscher Nation von männiglich gehalten werden soll . . . und soll nemlich . . von grössern biß auf den eintzigen Kreutzer, auf der einen Seiten unser und des Reichs Kayserlicher Adler mit 2. Köpffen, und des Reichs-Apffel in Adlers Brust, und in demselbigen allwegen die Ziffer, wie viel Kreutzer dasselbige Stück Geld gesetzt worden; darnach sich ein jeder hab zu richten, und der gemeine einfältige Mann dadurch nicht betrogen werde, mit der Umschrifft: Ferdinandi Imp. Aug. p. F. Decreto, auf der andern Seiten des Müntz-Herren oder Standes Wappen, mit samt seiner gewöhnlichen Umschrifft, und der Jahr-Zahl, wo die zum füglichsten zu stellen.

rosque omnes nobiliores Imperii ſtatus, jure cudendi monetam ab Imperatoribus impetrato, non ſolidos duntaxat numos aa) bilateralesque, bb) ſed & laminares ferire conſueſſe. cc) *Urbibus* (verba ſunt *Conringii*, dd) *jus nummorum datum*, & quidem à Cæſaribus partim, partim à Principibus. ee) Halæ autem Svevorum quo jure primas tribuat Dn. *de Ludewig*, ff) diſputat paulo ante laudatus *Moſerus*. gg) At vero, num omnes, qui jure numorum ſolidorum gaviſi ſunt, & bracteatorum pariter cudendorum juris compotes fuerint, tanto minus dubitandum, quanto probabilior à majori ad minus eſt illatio. Sed forte numos ſuppletorios ac memoriales (die Scheid- und Schau-Müntzen,) à communi regula excipi dixeris, & citra privilegia utrumque genus & olim fabricatum fuiſſe, ac fabricari etiamnum? adeoque, cum Bracteati maximam partem ſuppletorii ſint, ac memoriales, peculiari privilegio ad eos cudendos minime fuiſſe opus? Et quem fugit, inquis,

aa) Et ſolidos & bracteatos numos ab Ottonum temporibus ad Seculum usque XIII. promiſcue fuiſſe percuſſos; inſequentibus verò XIV. & XV. Seculis regnaſſe Bracteales, annales temporum loquuntur. V. *Hoffmann.* Müntz-Schlüſſel, p. 125. ſqq.

bb) Utroque latere cuſos & ſignatos, cujus generis plerique poſteriorum in Tabula noſtra ſunt.

cc) Cudere vero Bracteales maluere Status Imp. plerique omnes ob cauſas ſupra dictas. Ex uſu vero Reip. minime eſſe, ut penes multos jus ſit cudendæ monetæ, paulo ante diximus. Dixit & præter allegatos teſtes *Berneggerus*, l. c.

dd) Diſp. laudat. §. XL.

ee) Ut qui ſibi conceſſum jus, cui voluerant, Civitatum ſuarum, tribuerunt.

ff) Lib. laudat. C. VI. §. 7. p. 50.

gg) l. c. p. 23. Ubi cum Cl. *Schlegelio* de Num. Gothan. Ed. I. p. 24. contendit, numos non reperiri Halenſium, qui Sec. XIII. excedant. Conf. Edit. II. §. XVI.

quis, qui superioris seculi calamitates novit, Civitates extitisse, & forte non paucas, quæ, juris numorum antea immunes, cupreos numos cudere minime dubitarunt. Sunt, qui ita judicant. hh) At vero & sunt, qui dissentiunt. Dissentit sane in numis suppletoriis Nobilissimus *Moserus*. ii) Quid? quod & experientia dissentiat. kk) Temporum injuriæ leges tollunt, & à jure numorum cupreorum ad argenteorum, aureorumque jus argumentari haud sane licet. Nec numi mnemonici, seu memoriales, quorum abusus tollendus potius, quam extollendus, ubique gentium impune fabricantur; ll) nec plerique omnes usum in commerciis alium habent, quam ipsum forte aurum, argentumve non signatum, nisi affectionis pretium ipsis tribuatur, rerumque memoria eos commendet. Concludimus ergo, jus numorum Bractealium æque ac solidorum, inter Regalia summorum Principum locum habere haud postremum.

§. XXXIX.

Plures extant Bracteati Præsulum s. Personarum Ecclesiasticarum, quam Imperatorum ac Principum.

Atvero mirum, quod, cum, vi dictorum, & Imperatores & Imperatorum gratia & indulgentia summi Germaniæ Proceres, Electores, Duces, Principes, Comites ac Civitates numos olim cuderint bracteales, pauciores multo ejus generis, quam Episcoporum, Abbatum, Abbatissarumque & Monasteriorum,

hh) Ita sane celeberr. Dn. *de Ludevvig*, l. c. §. VIII. §. VI. p. 57. Scheide-Müntze aufzugeben, seye vor dem fast jedem, der Handel und Wandel getrieben, erlaubet gewesen. Et §. VIII. p. 61. Wer Schau-Stücke auszuprägen Macht habe, darüber habe man kein Gesetz.

ii) l. c. p. 31.

kk) Idem.

ll) In terris Hanoveranis numos memoriales cudere publico Decreto esse interdictum privatis, in Præf. ad Leuckfeldii Ant. Num. Halberst. docet D. *Böhmerus*, Conf. *Moserus*, l. c. p. 33.

riorum, conspiciantur, manibusque terantur; qui & maximam partem illis grandiores, Inscriptionibusque notabiliores. *Olearius* a) certe jam tum Ottonis tempore, & ante, Bracteatos in usu extitisse probaturus, Præsulum Moguntinorum, Bonifacii, Erponis, &c. b) laudat, omnium, quotquot ante fuerint visi, antiquissimos. Paucissimi vero, quos exhibet, Imperatorum sunt & Principum. Suffragatur Cl. *Leuckfeldius*, c) plerosque omnes Bracteales Episcopis tribuens: qua de causa Bracteales in universum Pfaffen-Pfennige, adpellari supra diximus. Quid? quod Ill. Dn. *de Ludevvig* d) asserere haud veretur, nec ab Imperatoribus, nec à Ducibus nobilioribus priscis, Bracteatos olim fuisse cusos. e) Quo tamen nomine à Cl. *Mosero ἀντιλογίας* incusatur. f) Vestigia Ill. Dn. *de Ludevvig* premere videtur R. P. *Pezius* apud laudatum *Moserum*. g) Cujus raritatis vero (numorum puta bractea- *Cujus rei ratio redditur.*
K lium

a) Isagog. ad Numophyl. Bracteat. c VI. p. 28. sqq. Specimin. Univers. rei numar. p. 24. sqq. Suffragatur *Hoffmann*. Müntz-Schlüssel, l. c. p. 125. Conf. *Sperlingius*, Epist. laudat. de Nummis Cavis, p. 9. sqq.

b) De quibus tamen numis quid habendum, judicium penes lectorem & Spectatorem accuratum est.

c) Die Numi Bracteati, ait ille, sind meinstens Bischöffl. und Geistl. Herkommens, Antiquit. Nummar. Halberstad. p. 6.

d) l. c. C. IV. §. 1. p. 39. & C. VII. §. V. p. 48.

e) Verba Excellentissimi Auctoris huc redeunt: Die Kayser, und die alte Hertzogen haben keine grosse Hohl-Pfennige, sondern lauter Solidos gemüntzet 2c.

f) Ita vero ille, l. c. p. 15. Das Gegentheil erhellet selbsten aus dem von dem Herrn Autore, auf den Titul des Buchs, und sonst hin und her, angeführten Bracteaten, 2c. de Bracteatis Ducalibus. Vid. *Leuckfeld*. l. c. p. 12. nec non Diploma Rudolphi IV. Austriaci Biblioth. *Moseri* MSS. P. 1.

g) Apud modo laudatum *Moserum*, Anmerck. über Hr. von Ludewig von Teutschen Müntz-Wesen, p. 16. 17.

lium ab Imperatoribus & Ducibus primariis cusorum) non aliam existimo causam, quam, quod illi (Impp. & Duces,) in impensis faciendis largiores, splendidioresque, solidos, quam laminares ferire maluere, & pecuniæ turpitudinem dedecori, elegantiam vero laudi sibi apud posteros fore, haud perperam judicavere. Cujus tamen instituti minus tenaces sequioribus Seculis, à temporibus cumprimis Fridericorum Imperatorum, neglecto priorum temporum numorum nitore ac cura, fue e Principes pariter ac Cæsares, & pristina magnificentia susque deque habita, non nisi bractealibus delectari cœperunt, omissis omnino solidis. Quid? quod vel ipsos solidos, conflato argento, vilissimis Bractealibus commutarunt, & quod deterius, aliis arbitrium in re numaria permiserunt, bellis, aut rebus aliis, districti. Id quod pensi si habeamus, minus certe mirabimur, numorum bractealium, superiorum maxime seculorum, plerosque omnes sacros esse, id est, à Personis sacris, seu Clericis, cusos: itemque Civitatium, commerciorum usu maxime celebrium. Monasteria quippe Germanorum vix, ac ne vix quidem, Regalia, quæ vocant, & summa jura, quæ Imperatores alias sibi solis reservabant, impetrarant, cum & *monetam, tanquam unum ex præcipuis*, sibi vindicare, omnem, quod ajunt, moverent lapidem. h) Quod & impetrare, Imperatoribus tum temporis Personis sacris summopere faventibus, (ecquis enim Henrico Aucupe, Conrado I. & Ottonibus Clero faventior fuit & indulgentior? i) utque noviter à se con-

h) Conf. hanc in rem *Schlegelius*, de Num. Isenacens. p. 168. *Leuckfeld*, Antiq. Numar. Halberstad. p. 30. sq. *Paullini* Dissert. III. p. 37.

i) Qua ratione Imp. Henricus Auceps Quedlinburgensi Monasterio jus monetandi; & non ita longe post Otto I. Corbejæ mercatum, monetam & teloneum Meppense, &c. adjudicarint, vid. laudati Auctores.

se constituta Monasteria & Ecclesiæ, quoad ejus fieri posset, ad summum & honoris & fortunarum apicem pertingerent, unice laborantibus, Clericis contra ex adulatione cœlum Benefactoribus aperientibus, haud sane difficile erat. Accedebat opinio pietatis Cleri, de qua non Principes modo, sed & universus Christianorum orbis, sibi persuadebat, nulli in terris alii numorum curam, tanquam rem, quæ singularem plane fidem & probitatem requirat, quam iis, quibus ipsa pietatis & integritatis summa omnium consensu & suffragio demandata fuisset, rectius posse committi & tutius. Quæ ratio est *Vadiani*, k) quod liberales tantopere, & tantum non prodigi summi quondam Principes in concedendo Episcopis & Monasteriis numos cudendi privilegio extiterint. Sed & ea forte rei ratio est, quod in numis feriendis Imperatores æque ac nobiliores Principes negligentiores, minus certe solertes; Episcopi vero & Monasteriorum Antistites alacriores fuere: quippe quæ res non dignitatis modo & immortalis ad posteros famæ; l) sed & emolumenti, in cambiis præsertim, nec non teloniis, tributisque monetariis, &c. haud exigui, m) sumtuum vero, qui in Bracteales impendebantur, paucissimorum. Civitatium etiam numorum bractealium majorem longe, quam Principum, extare numerum, vel nostri restantur, quorum aliquot centum, eorumque Halensium Suevorum numeramus: argumento certe locupletissimo, clarissimoque, uti Civitates commerciorum ergo n) maximam partem exstructæ sunt & con- *Nec infrequentes sunt Civitatium numi.*

K 2 stitutæ;

k) Apud *Schlegelium*, l. c.

l) Scite hac de re Dn. *de Ludevvig*, l. c. C. VII. §. 3. p. 47. Die Geistl. Stiffte haben sich von denen Kaysern die Müntz-Freyheit ausgebetten, damit sie doch ihren Unterthanen das Bild und die Uberschrifft weisen könnten.

m) Vid. quæ paulo ante de teloneis, cambiis, &c. diximus.

n) Dn. *de Ludevvig* l. c. C. VIII. §. V. p. 56.

ſtitutæ; ita etiam ad illa commodius tractanda jure numorum minime omnium eas carere vel potuiſſe, vel debuiſſe. Quo nomine modo dictam Halam, Patriam ſuam, in primis laudat à πάνυ de Ludevvig; & vel iſta de cauſa denariolos, ſeu numos minores pleroſque omnes, *Haleros*, vulgo Häller, nuncupatos fuiſſe, haud temere judicat; o) *Moſero* contra ea Argentoratenſes, Auguſtanos, Colonienſes, Goslarienſes, Lubecenſes, Magdeburgenſes, Ratisbonenſes, alios, ævo remotiori vindicante. p) Quæ ſane rationes, numorum ſacrorum plures, quam Principum, quod ſuppetant, & Civitatium numi Imperatorum & Principum numero multum ſuperent, in dubium certe minime vocandæ ſunt.

§. XL.

Materia Bracteatorum maximam partem eſt argentum; idque

Et de materia Numorum Germanicorum, Bracteatorum cumprimis, eſt, quod dicendum putamus. Uti numi in univerſum finis eſt, *ut cedere poſſit in commercia,* a) ita non alia certe numi materia probabitur, quam, quæ iis placet, quibus cum commercia exercentur. Quid vero eſt, quod placeat magis, magisve delectet, quam aurum, argentumve? Aurum & ar-

o) Verba ejus huc facientia ſunt: Wobey mir einfällt, daß mein Vatterland, Schwäbiſch Hall, welche Stadt in den urältesten Zeiten das Geld in ſo groſſer Menge geſchlagen, daß man nicht allein in Francken und Schwaben, ja faſt den gantzen Rhein hinunter/ mit Hälliſchen Pfunden gehandelt/ ſondern auch von ihrer Müntz-Stadte alle Häller benennet hat. Conf. Cl. *Leuckfeld*, l. c. p. 21. B. *Schlegelius*, de Numis Ant. Gothanis, §. 8. ſqq. Edit. II. §. XXII. p. 24. *Hachenbergius* l. c. ita hac de re ſcribit: *Hallenſes ab Hala, Suevorum oppido, nomen hauſere, tanto olim in uſu, ut omnis fere pecunia inde appellationem traheret.* Hallucinantur adeo, qui à Germ. voce hell, aut halb, quaſi dicas halber Pfenning, derivant. Vid. *Schlegel*, l. c. §. XVIII. p. 20.

p) l. c. p. 23. Conf. quæ paulo ante diximus.

& argentum communi gentium consensu metalla sunt omnium nobilissima, præstantissima, & talis omnino qualitatis, ut ob raritatem & caritatem in æquali & perpetua sint æstimatione. b) Addo, quod ob pondus commode & perquam facile in locum de loco queant transferri. c) Quæ adeo ratio est, quod nullo non tempore, gentes saniores, moratioresque omnes, metalla hæc τῶν ἄλλων ἀντάξια, eorum compotes fieri si potuere, cudendis numis destinarunt. Germani certe prisci non *vel purum*, nisi, quod & supra diximus, probatissimi argenti numos, *Serratos* puta, & *bigatos* Romanorum, mox & *Byzantinos* Constantinopolitanorum, nec non *Solidos*, eosque *aureos* Burgundionum, Gothorumque, probarunt; tantum abest, ut numorum in commerciis introducto ampliori usu, vilioris, aut etiam corrupti metalli pecuniam, admiserint. Argentum vero, idque purissimum, uti solidorum, ita & Bracteatium numorum primi ævi, materia prima fuit & primaria. d) Hinc & vere tutoque statuas, quanto purioris argenti Bracteatus est, tanto etiam ætate præstantiorem esse & superiorem. e) Et ex hac procul

 dubio

a) *Conringius*, Disp. de re nummaria in Rep. recte constituenda. §. IX. XI.

b) Conf. *Grotius*, de Jure P. & B. Lib. II. Cap. XII. §. XVII. Ed. Sim. p. m. 371. *Hoffmanni* Müntz-Schlüssel, P. I. p. 45. sqq.

c) Vid. *Mollerus*, Diss. de Pecunia, §. XXII. Conf. Cl. *Olearius*, qui in seiner curiösen Müntz-Wissenschafft, p. 56. sqq. ex Annalibus temporum numos ex papyro, lapillis, ossibus humanis, corticibus, &c. multifarios in scenam producit. Quibus Pl. Reverendus *Ringmacher*. Tr. de Num. §. XII. & XIII. quamplurimos addit alius generis alios. De Numismatibus sacris ex cera confectis, quæ ob impressam agni figuram pia antiquitas *Agnos Dei* vocavit, v. *Schmidius* Lex. Eccl. p. 28.

d) Causas pluribus exponit Excellentissimus *de Ludevvig*. l. c. C. IX. §. 3. sqq. p. 69. it. p. 52.

e) Adstipulatur Til. *Frisius*, l. c. Lib. III. c. 3. p. 104. Dieweil, inquiens,

dubio ratione Cl. *Hartknochius* f) minores Bracteatorum, purioris argenti, ad prima maxime eorum incunabula referendos esse censet; & Doctissimus *Hottingerus* g) ab initio Bracteatos minori forma prodiisse, non absurde plane statuit, dum, qui sequiori ævo lucem publicam in eadem forma conspexerint, deterioris multo videamus commatis & metalli, adeoque & pretii. h) Adulterandi metalla nobiliora & miscendi artem, si ars est depravare, quod præstantissimum est, nescivit superior ætas, ignorantia certe profecto non illaudabili: ævo quippe superiori demum, teste *Paul. Mart. Sagittario*

vel ære mixtum.

quiens, die Römische Pfennig dicke Gröschl waren, darunter viel Fälschereyen geschehen, so haben die Alten von klaren Silber dünne Pfennige geschlagen: &c.

f) l. c. p. 291. Conf. *Olear.* Isag. C. II. §. 3. sqq. p. 14. sq.

g) Quem supra, §. XV. laudavimus. At v. minoris, minimique moduli, Bracteatos, eosque sequioris argenti, tantum abest, ut ætate præstantiores dicamus, ut potius seculis ævi Bracteatorum posterioribus plerosque omnes tribuamus.

h) Et id ipsum sentit, docetque *Spangenbergius*, de Usu & abusu Monet. p. 135. querens: Im XIII. und XIV. Sec. sind der dünnen Hohl-Pfennige so mannigfaltig hin und wieder geschlagen worden, und je länger/ je geringer/ daß sie gar gering in ihrer Substanz, und am Schein gantz zu Kupffer worden. At vero, quæ de Sec. XIII. hic commemorat, nonnisi ad finem ejus referendum censeo.

i) Quæstionem movet Celeberr. *Conringius*, l. c. §. XVIII. *Num metalla miscere in usum numorum expediat Reipublicæ?* & argumentis in utramque sententiam collectis, Augusti Taciti, qui capitale esse jussit cum bonorum proscriptione, *si quis argento publice privatimque æs miscuisset, si quis auro argentum, si quis æri plumbum;* legem pro negativa allegat: tandemque concludit: *In universum, si non opus sit Reip. ut ex nummi pretio constituto lucrum petatur, consultissimum videtur, ex materie simplici nummos conflare: non enim mistionis ulla alia est utilitas. Nec vero est, cur impensarum in rem nummariam factarum ergò mistio instituatur cum refundi illa possint detracto puri metalli pondere.*

rio k) *metalla argento miscendi ratio in Germaniam transivit.* Quo vero præcise tempore, & à quo? Bracteales argenti minus puri, cuproque adulterati, primum prodierint, minus forte certum est. *Spangenbergius* l) in Seculum (vergens) XIII. & XIV. invehitur, & fraudibus monetariorum irascitur. m) De Halensibus æque, ac Civitatum quarundam vicinarum Imperialium, *manu* ac *cruce* signatis minoris moduli numis (qui inter nostros omnes impuri maxime sunt,) novimus, quod Seculo XIV. ab Imp. Wenceslao decreto publico n) cautum fuerit, *quod non nisi duas æris partes argento puro admixtas* continere debeant. o) Ex quibus sane luculenter satis dispalescit, minoris etiam puritatis ante id jam tempus extitisse Halenses, & vicinarum quarundam Urbium numos. Nec Brandenburgenses, quorum non paucos inter nostros habemus, melioris multo notæ, commatisque videntur, eidem forte seculo, aut,

k) Diss. I. de Num. Saxon. edit. Altenb. 1679. IV. p. 5.

l) loc. paulo ante citat.

m) Ipsa ejus verba paulo ante allegavimus.

n) Decretum exhibet Chronicon quoddam Norimbergense apud *Schlegelium*, in Diss. de Nummis Gothanis, §. XV.

o) Verba Chronici huc facientia sunt: A. 1385. hat König Wenzel verordnet, daß in 4. Städten, nemlich Augspurg, Nürnberg, Ulm und Halle, und sonst nirgends anderswo, sollen gemünzet werden Heller mit Creutz und Händen / die solten in Francken und Schwaben, und in allen darinn gelegenen Städten genommen werden, ein Pfund vor einen guten Rheinischen und Ungarischen Gulden und sollen an Korn halten ein Drittheil löthiges Silbers, und 2. Drittheil Zusatz; und an der Zahl sollen gehen 49. Schilling und 4. Heller auf ein Nürnbergisch Marck, und soll eine jede Stadt ein sichtiges Zeichen darauf schlagen, daß man sie wohl erkennen möge rc. Quantum vero numorum circa hoc tempus Marca Norimbergensis; quantum item Solidus, (Schilling) ad modernam nostram pecuniam respectu habito, valuerit, infra suo loco pluribus dispiciemus.

aut, si mavis, superiori, adscribendi. Utrisque præfero, & bonitate & ætate, quos Clavibus insignitos conspicamur. In censum deterioris conditionis numorum, materiam si spectes, non immerito etiam referuntur *Goslarienses*, quos & eo nomine superiori jam tum ævo multis locis rejectos fuisse ἱϛορικώτατ☉ noster *de Ludevvig* p) testatur. De Halensibus Venedorum idem fere sentit & queritur. q) Docet & *Moserus*, r) compluribus Cæsarum ac Principum Decretis & edictis pondus æque ac materiam numorum (Schrot und Korn) plus simplici vice incusata fuisse, numosque varios rejectos, aut diminutos saltim in pretio. Mirari adeo subit, qua ratione laudatus modo *de Ludevvig* s) asserere ausus fuerit, superiorum seculorum Bracteatos, quotquot eorum viderit, & pondere & materia pares se reperisse. Nostri certe plerique omnes, alii aliis & puritate argenti & pondere, adeoque & pretio, multum, quod αὐτοψία docet, præstant, antecellunt. t)

§. XLI.

Num & aurei dentur Bracteati?

Num vero & *ex auro* conflati extent & cusi Bracteales? μέγα λίαν, quod ajunt, ἄιτημα. Affirmativam tuetur Cl. *Olearius*, a) confutatisque, qui, quod non viderint, aureos dari negant, à priori quidem, quod & pari artificio, & jure, & voluntate,

p) l. c p. 216.
q) l. c. p. 71.
r) Lib. cit. p. 85. 37.
s) l. c. C. XIII. §. 4. p. 207. Conf. C. IX. §. 2. p. 68. It. *Schlegelii* Diss. de Num. Gothanis, &c.
t) Ætate quippe & Auctoribus diversissimi.
a) Isagog. in Numophyl. Bract. C. II. §. 2. p. 13. sq. Idem & alibi in seiner Müntz-Wissenschafft p. 75.) docet: Dergleichen Art, scribens, findet man an Silber am meisten, auch zum Theil von Kupffer, sehr wenig aber in Gold. Conf. Anastasin Agnesæ, p. 4. Spicilegium Antiqv. I. p. 16.

tate, ab antiquis, ut argentei, formari potuerint; à posteriori vero, ab experientia, seu visis abs se Bracteatis aureis, sententiam probat. Ducem sequitur celeberrimus Helmstadiensium Theologus, D. *Böhmerus*. b) Sequitur & Cl. *Hübnerus*. c) Nec Illustris *de Ludevvig* noster affirmativam deserit: ut, qui non dari solum Bracteatos aureos asserit, sed & materiam eorum (non ejusdem videlicet puritatis, quod & de argenteis diximus, cum primi ævi aureis eos esse docens,) definit. d) Quid? quod in Bracteatorum numerum Guttas, quas vocant, Apollinis, supra à nobis descriptas, refert, cavis rectius numis accensendas, & Septentrionalibus potius gentibus, sive Gothis, ut plerique volunt, quam priscis Germanis tribuendas. e) Taceo, quod & ipse è suis Bracteatis aureum nobis exhibeat, f) Leonis figura insignem. *Sperlingium*, g) alios, prætereo, qui pro numis laminaribus aureis depugnant. h) At negativam

L

b) Conf. Præf. ad Antiqv. Nummar. Halberstad. *Leuckfeldii*.

c) In seinem Realen Staats-Zeitungs- und Conversations-Lexico, ad voc. Num. Bract.

d) Lib. multoties laudato, de re numaria medii ævi German. sive Einleitung zu dem Teutschen Müntz-Wesen mittlerer Zeiten, C. II. §. 4. p. 72.

e) Supra pluribus de Auctoribus Guttarum, uti vulgo dicuntur, Apollinis disputavimus, Gothis aliis, alii Vandalis, Burgundionibus aliis, aliis denique gentibus septentrionalibus & Germanis eas vindicantibus. Sententiarum divortia conciliari posse ego quidem arbitror in latiori vocis *Germani* suppositione: omnes quippe enarratæ gentes, & forte plures Germanorum nomine hoc sensu venire possunt, & certe debent. Vid. *Tentzel*, Dial. Monstr. An. 1689. p. 900. sqq.

f) l. c. C. IV. §. 1. p. 26. it. p. 199. & alibi.

g) Epist. laudata de Numm. Br. & Cav. Orig. & Progr. 53. sqq.

h) Conf. *Jo. Dan. Majoris* bevölckertes Cimbrien/ c. 49. p. 80. *Tentzelius*, Dial. Menstr. A. 1698. p. 629. sqq.

vam defendunt, impugnatisque *Olearii* argumentis, & rejectis Seculi XVI. & XVII bractealibus, quos *Olearius* producit, aureis, luſus ſaltem gratia ex tenui lamella aurea (quales & illi *Tentzeliani*, i) formatis cujus generis hodienum excudi videmus in officinis monetariis. nullos plane dari ex auro vere ac proprie ſic dictos Bracteatos, verſatiſſimus in re numaria medii ævi Germanorum Cl. *Schlegelius*,, k) nobiliſſimus *Moſerus*, l) & plures, qui & ipſius Dn. *de Ludevvig* numum Bracteatum aureum νοθείας arguunt, & ad experientiam, quæ inter tot millia argenteorum ne unum quidem aureum bonæ notæ & commatis in medium protulit, provocant, & vel cum ipſo Dn. *de Ludevvig*, m) *Olearii* argumentum, quod & pari artificio laminares aurei conflari potuerint, eludunt, ſufflaminant. n) Urget præterea *Schlegelius*, o) quod, cum de computatione & comparatione aureorum Bracteatorum in Contractibus, apud Auctores medii & inferioris ævi, nihil legamus, valde reddatur probabile, nec ipſos unquam extitiſſe, Non-Entibus, quod ajunt, annumerandos. p)

§. XLII.

i) Dial. Menſtr. A. 1698. l. c.

k) Exercit. Hiſtor. de Num. Iſenac. p. 169. ſqq. & Tract. de Nummis Antiq. Gothanis, §. LXIII. p. 102, ſq.

l) l. c. p. 50. ſq. 38.

m) l. c.

n) Verba celeberrimi Auctoris huc pertinentia ſunt; Bleibet alſo wohl dabey, daß man die guldene Bracteatos, weil das Gold keine Steiffe hat, dicke, und folglich kleiner, als die ſilberne geſchlagen.

o) Loco paulo ante cit. p. 170. Conf. *Moſerus*, l. c. p. 35. §. 38.

p) Quid ſi λογομαχίαν diſtinctione tollamus? Bracteatos cavos etiam ſunt, qui dicunt. Quod ſi adeo idem ſunt cavi & Bracteati, & aureos, de quibus diximus: Bracteatos compellare licebit. Quid? quod

§. XLII.

Sed & proprie dictos Bracteatos *ex ære* dari negat sæpius laudatus *Schlegelius*, a) &, si qui forte producantur, ex ære mixto, argento scilicet & cupro, labente meliorum Bractealium usu, degeneranteque illorum genere vel in grossos, vel in peningos, constare; vel ad obolos (quorsum & illud vile pecuniæ genus, quod magna illa superiori seculo in re numaria Germaniæ calamitas, *Kipperorum* b) nequitia, in lucem publicam protrusit, recte reduci credimus,) referri debere autumat. Aliter sentit Cl. *Olearius*, & æreos non majoris tantum, sed & minoris moduli minimique, multos dari, & passim variorum reperiri varios, inque ipsius suis versari manibus, contendit, c) Et hanc sententiam suam in aliis, iisque compluribus scriptis suis numismaticis, corroborat, defenditque. *Et æreos dari Bracteatos sunt qui affirmant, sunt & qui negant.*

L 2 d) Lau-

quod ipse *Schlegelius* aureis cavis inter improprie sic dictos Bracteatos locum non denegat. *In verbis simus faciles, modo in re conveniamus*, tritum dictum est.

a) Exercit. Histor. de Numis Isenac. p. 171.

b) De Kipperis Superioris Seculi vid. Jo. *Winterfeldii*, Kipper-und Schacher-Spiegel. Num vero, qui in ista Seculi calamitate excusi sunt numi cruciati, (Kreutzer) denarioli, obolique, (Zweyer, Pfennige und Heller,) promiscue, à quolibet Imperii statu, quisquis etiam ille fuerit, cum, an citra Privilegium Imperatoris, adeoque Auctoritate propria (consentientibus tamen vicinis statibus) fabricari potuerint debuerintque? supra disputavimus. Id sane certum est, non eodem jure, qui cupreos cudit aut æreos, cudere etiam argenteos. Vid. *Sperlingius*, l. c. p. 49. Nec, qui numos suppletorios (Scheid-Müntze) feriendi jus olim habuit, & monetam grandiorem cudendi jure, eodem nomine, gavisus est. Conf. Dn. *de Ludevvig*, c. VIII. §. VII. p. 57. inque assertum ejus *Moseri* Animadv. XXX. p. 31.

c) Isagog. ad Numophyl. Bract.

d) Laudat & causæ suæ patronum *Hartknochium*, Prussicos quosdam, eosque cruce signatos, depictos, descriptosque Bracteales æreos e) exhibentem. At vero *Schlegelii* partes tuetur celeberrimus *Sperlingius*: *non vero solebant f) scribens, Bracteati ex ære mero signari, sed Seculo XVI. etiam illud invaluit, cum hactenus non nisi in auro & argento mixto & impuro cuderentur. Antiquiores enim æreos meros & cavos vix quispiam dare poterit: cum nulla causa sit, cur æreos in tam tenues laminas ducere necesse fuerit. Nostrorum temporum avaritia etiam hos produxit & producet.* Sed & ista ejus verba g) sicco pede non prætereunda: *Sciendum est, Civitatibus olim non nisi æreolos cudendi potestatem fuisse*, *) *argenteam vero* (monetam) *ut percuterent, Reges ac Principes non nisi peculiari gratia præcipuis concedebant. Hinc æreos numos antiquiores longe fuisse novi, quam argenteos hos cavos - - Sed solidi sunt, cavi nequaquam.* h) De

d) In Anastasi Agnesæ, p. 4. scribit: Dergleichen Art (der Bracteatorum) findet man von Silber am meisten, auch zum Theil von Kupffer. Conf. Ejusd. curiose Müntz-Wissenschafft, p. 75. In Spicilegio Antiqv. 1. Nummos XXV. Bracteatos exhibente memoriæ prodit: *æreos, seu cupreos, ipse possideo vel duodecim: inter quos præ reliquis notatu dignus est ille Gothanus antiquissimus, in quo corona, ceu in aliis argenteis*, à laudato Auctore alibi adductis, *comparent bina.*

e) Isagog. ad Numophyl. Bract. C. II. §. 4. p. 15.

f) Epist. laudat. p. 32.

g) l. c. p. 49.

*) Fallitur Cl. *Sperlingius* & fallit. Ecquis enim est, qui nesciat, nobilioribus Civitatibus, æque ac Principibus, jus cudendi aureos non minus, quam argenteos numos potestatem etiam olim fuisse? Egregia ab Imperatoribus Civitatibus concessa Privilegia abunde id docent & experientia. Quid? quod evidentissime id doceat antiquissimus Norimbergensium Bracteatus §. LXI. exhibendus.

h) Obiter hic notandum, antiquissimum numorum genus ex ære fuisse, quo

De Bracteatis ferreis idem ſane ſtatuendum; quorum tamen aliquot ſe poſſidere celeberrimus Dn. *de Ludevvig* i) nobis perſuadet. Nec de numis ex ære Corinthio, Aurichalco, &c. quod dicamus, h. l. ſuppetit.

§. XLIII.

Alia numorum ſuperioris ævi *cupreorum*, dummodo ab æreis diſtinguere eos liceat, ratio eſt. Sive argento mixtos, quorum recentiorum Brachealium plerique ſunt omnes, ſive purè cupreos ſpectes, magna eorum ſuppetit copia. *Olearius* certe noſter, qui ſub æreis cupreos etiam complectitur, ipſorum exiſtentiam in omnibus, quæ commemoravimus, ſcriptis ſuis adſtruit. Nec aliter perſuaſus eſt, cujus paulo ante meminimus, celeberrimus *Böhmerus*. a) Quem plus ſimplici vice aſſertorum noſtrorum teſtem hactenus invocavimus, nobiliſſimus *Sperlingius*, non idem modo ſentit, ſed & Hiſtoriolas, easque jucundas, complures, de motibus, quos Hamburgi olim & Stralſundæ, infrunito furente clero, & argenteos depoſtulante, cuprei excitarunt numi, b) recenſet. Dn. *de Ludevvig* etiam locis quamplurimis c) numorum cupreorum mentionem facit, ſuppletoriis maximam partem eos accenſens. *Bracteatis cupreis nulla caruit ætas.*

quo rudi primum Romani uſi perhibentur. Unde & Gazophylacia publica Ærariorum veniunt nomine, ipſaque pecunia æs dici conſuevit. Vid. *Fabri* Theſauri Eloqv. Schol. & *Sperlingius* de Nummis non cuſis, C. XXXIII. Add. *Hoffmanni* Müntz-Schlüſſel, P. I. p. 66. ſq.

i) Lib. laudat. p. 210. Conf. *Moſerus*, l. c. p. 37. De numis ferreis generatim ſpectatis vid. *Olearius* in ſeiner Müntz-Wiſſenſchafft, p. 60. It. Ringmacher, l. c. §. XII. p. 24. ſq.

a) In Præf. ad *Leuckfeld.* Antiqv. Nummar. Halberſtad.

b) Epiſt. de Num. Bract. & Cavis, p. 40. 46. ſqq.

c) In ſeiner Einleitung zum Teutſchen Müntz-Weſen mittlerer Zeiten, p. 66. ſqq. it. p. 72. locisque pluribus.

Fig. LII. censens. d) Horum in censum è nostris veniunt, quos Fig. LII. & plures, exhibent. Non puri modo argenti, sed & mixti solidos haud minus ac bracteales numos, in summa auri æque ac argenti Superiorum Seculorum inopia, non in minoris solum pretii mercibus, sed & in donis & munusculis, Clero maxime, præstandis ubique dispescere & profundere è re sane minime videbatur. Carere proinde haud minus potuit superior ætas vilioris metalli, adeoque numis cupreis, ac nostra ætas denariolis suis & obolis, maximam etiam sui partem cupreis. Quid? quod superioris seculi calamitas & in patria nostra (qua de re & paulo ante conquesti sumus,) non exiguam numorum cupreorum, obolorumque unilateralium, simul & cavorum, calculorum vicem in ludis p. t. apud nos sustinentium, copiam produxit. Ex cupreis certe numis superiorum seculorum illud vulgo apud nos tritum, **kupfferne Müntze, kupfferne Seel-Messen,** Originem cepisse in propatulo est. e)

§. XLIV.

d) Ich bleibe aber dennoch darbey, inquit ille, daß die kupfferne Pfennige eine blosse Scheid-Müntze gewesen, und niemand, dem man so viel schuldig, als ein Silber-Stuck ausgetragen, aufgedrungen werden können. Conf. *Moserus*, l. c. p. 35. & quem iste tantum non ubique sequitur, *Schlegel.* Exerc. cit. Pure cupreos dari uterque negat, mixtos admittit uterque, & rationibus assertum adstruit.

e) Enarrat rem & rei causam celeberrimus Dn. *de Ludewig*, Lib. laudat. C. IX. §. 5. p. 72. Noch zu letzte, inquiens, ist gar etwas sonderliches, daß sich die gemeinen Leute ein Gewissen gemacht, dem Priester an statt des Beicht-Pfenniges kupfferne Müntze zu bringen; nicht allein, weil sie gewahr worden, daß die Priester saure Gesichter, wie auch kurtze und schlechte Arbeit für denjenigen machten, welche den lieben Beicht-Toden-Tauff-Schmauß-und Trau-Pfennig in Kupffer gegeben; sondern auch, weiln sie gemeynet, dieses Metall wäre viel zu schlecht, als daß sie ihre Heilige damit beschen-

§. XLIV.

At vero rectius multo Numorum Bractealium (quos multifarios, multiformesque esse novimus,) *differentiam* ab ipsorum forma petimus: quam, qui penitius inspicere contemplari animum induxerit suum, in *internam* scite distinguet, & *externam*. In interna pensi cumprimis habebit *valorem* & *pondus*. In externa (quæ cum multiplex & varia, multiplice etiam & varia digna contemplatione est, variaque curiosos spectatores voluptate imbuit,) *magnitudinem* potissimum seu quantitatem, contemplabitur, *crassitiem* item, necnon *circumferentiam*, *latusque* primarium; & denique in latere *figuras* maxime, &, si quæ comparent, *Inscriptiones*, attendet. Nos in contemplatione Numorum Bractealium ab eo, quod in oculos potissimum incurrit, exordiri, & quæ scitu maxime digna videbuntur, præmittere juverit.

Forma Numorum Br potissimum spectanda.

§. XLV.

In universum autem notandum, tenendumque quod, quo simpliciores numi, h.e. informes magis, adeoque deformes, ac figurarum æque ac literarum omnium exsortes ac vacui:

Numi leviores & informes antiquissimi.

beschencken könnten, &c. und dahero mag wohl die Gelegenheit zum Sprichwort: kupffern Geld/ kupfferne Seel-Messen/ gekommen seyn. Idem & motus describit Erfurtenses, qui ob numos cupreos à Clero olim excitati fuere. Cujus generis & turbæ sunt, quas Veerlingi (Veerlinge) loco Solidorum, f. Schillingorum, furente Clero, apud Hamburgenses introducti, dedere. Stralsundensium itam & Lubecensium numi cuprei argenteorum loco in causis sacris oblati, multorumque hominum sanguine vindicati, tristem sui memoriam posteris reliquere. Vide sis *Sperlingium*, l. c. p. 40. sqq. It. p. 47. sqq.

cui: a) eo etiam, & maximam quidem partem, remotiorem & priscam magis sapiant ætatem. Ἀργύριον ἄσημον, i. e. argentum non signatum, τῷ ἀργυρίῳ ἐπισήμῳ, b) seu signato, diu prolusisse, cumque posteriori etiam diu in usu fuisse, non sine ratione contendit doctissimus *Sperlingius*; c) qui & erudito orbi persuadere satagit, non Cananæorum modo & Abrahami, quorum sacræ Pandectæ mentionem faciunt, d) numos, sed & omnes, quotquot in sacris V. T. literis commemorantur, Siclos, cumprimis Judæorum, argenteos æque ac aureos, e) quin

a) Ita, & non male quidem, sentit Cl. *Kederus*, in Nummo aureo antiquo, *Othinum* exhibente, p. 1.

b) Ἀργύριον ἐπίσημον ab ἀσήμῳ curate distinguit *Josephus* teste *Sperlingio*, Differt. de Nummis non cusis, C. III.

c) l. c. C. II. & III. Conf. Excerpt. Hannov. ad A. 1700. p. 776. ubi legimus: Uberhaupt aber ist das ungeschlagene Geld in allen Landen vor dem geschlagenen hergegangen, und hernach noch lange, mit dem geschlagenen Geld in Gebrauch gewesen. Idem sentit ὁ πάνυ *Conringius*, Disp. de Re Nummaria in Rep. recte constituenda, §. VII.

d) Mentionem autem faciunt Gen. C. XX. v. 16. C. XXIII. v. 15. 16. locisque aliis compluribus. Siclus, primaria apud Judæos moneta nomen suum sortitur à rad. שָׁקַל *ponderavit*. Nam apud Veteres non Ebræos modo, sed & Chaldæos & Syros, moris erat, non, ut pecuniam numerarent, quemadmodum apud nos fit, sed ut æra librarent, & justo pondere examinarent. Verba sunt *Hildebrandi*, Antiqv. S. Script. p. 17.

e) שקלי זהב *Siclorum aureorum* mentio fit 1. Paralip. C. XXI. v. 25. in vernac. edit. C. XXII. v. 25. Et æreos numos cudisse Ebræos, sunt qui memoriæ produnt: id quod dubium. De distinctione Siclorum argenteorum in *Sacros* & *Profanos*, quorum priores 4. drachmas, seu semunciam, juxta nostram monetam præter propter dimidium Thalerum, pependisse; posteriores v. Drachmas 2. valuisse, adeoque dimidio fuisse minores perhibentur, disputat *Hildebrandus*, l. c. & cum *Villalpando* Siclum *Sacrum* & re-

quin & ipsos Proditoris Judæ, f) qui circumferuntur, ἀσήμους, i. e. non signatos extitisse. g) Numos etiam Græciæ antiquissimos

& regium, quoad valorem, unum eundemque extitisse contendit; sacrum autem priorem vocari, quod in Sanctuario, ut authenticus, asservaretur, ad quem omnes reliquos Siclos exigi oportuit, si forte moneta esset corrupta: adeoque Siclus sanctuarii erat unica & certa norma, ad quam Sicli omnes fuere librandi. Conf. J. H. Biblisches Real-Lexicon, P. I. p. 1983. It. *Wedelii* Centur. II. Exercit. Medico-Philolog. Dec. I. n. VII. *Hoffmanni* Müntz-Schlüssel, P. I. p. 95. sq. it. p. 203. sq. Nec de inscriptionibus utriusque Sicli & Figuris res certa est. Conf. *Mülleri* leidender JEsus, C. XXII. p. 158. An Numisma Census, Matth. C. XXII. v. 19. dimidius Siclus fuerit, Cæsaris Imagine vel ab ipsis Judæis, vel à Romanis percussus? disputat Cl. *Schulinus*, Diss. de Numism. Census §. XII. & negativam recte tuetur.

f) Daß die Silberlinge / so dem Judas zum Lohn, daß er Christum verrathen, gegeben worden, cum *Sperlingio*, Diss. laud. C. XVIII. scribit Auctor Excerpt. Hannov. ad A. 1700. p. 778. ungeschlagene Müntze, die aus dem Schatz des Heiligthums genommen worden, gewesen, erhellet daher / weil bey Zachar. c. 2. v. 12. in dieser Sache im Grund-Text stehet: **Sie wugen dar meinen Lohn 30 Silberlinge.** Dann, wenn es geschlagen Geld gewesen wäre, müste man es nicht / wie das Ungeschlagene / gewogen, sondern gezehlet haben. Woraus dann folget, daß die Silberlinge, welche man von diesen 30. annoch hin und wieder verwahren will, gantz betrüglich und erdicht seyn, obgleich *Villalpandus*, Lib. II. de lond. Disp. 4. c. 30. gedencket / wie einer von diesen Silberlingen in Rom, zu St. Johann. Lateranens. verehret, und ein anderer zu Paris / als was Heiliges, durch ein Glas gezeiget werde. Conf. *Cornel. à Lapid.* apud *Müllerum*, l. c. p. 158. *Wedelius*, l. c. *Tentzelius*, Bibl. Cur. Repos. III. p. 405. sq.

g) *Sperlingio* favere videtur D. *Lutheri* Glossa ad Gen. C. XXIII. v. 15. Sed habet, quod objiciat celeberr. Gundlingianorum Auctor, P. XXXI. p. 51. Conf. D. *Osiander*. Observ. in Grotium. 11. 12. 3. p. 920. Ex quibus, quod ὡς ἐν παρόδῳ moneo, haud difficul-

 ter

ſimos, qui in ipſis rei numariæ incunabulis ex monetali prodierint officina, *omni elemento* vacuos fuiſſe, Regis Boruſſiæ olim Antiquarius & Bibliothecarius, celeberr. *J. C. Schottus* h) teſtis eſt. i) Et Hiſpanorum primæ ætatis numos ἀσήμους extitiſſe novimus. Quo ſuppoſito, prono fluit alveo: quo pluribus artificum τεχμηρίοις, inſignibus, figuris nec non literis & inſcriptionibus ornatus eſt & condecoratus numus, isque Germanorum Bracteatus, ambitioſioribusque titulis inſignitus; eo etiam recentior eſt, & comptius recentiusque ſapit Seculum; contra ea, quanto rudior, ſimpliciorque in fabrica numus, tanto etiam remotiore dignior ævo eſt. Quo argumento innixus noſtris plerisque omnibus, iisque primo loco in Tabula exhibitis. non literis modo vacuis omnibus, ſed & pingui fabricatis Minerva, incomptisque admodum, inter Bracteatos anti-

ter colligi poteſt, quid de Fabulis Rabbinorum, Abrahamum ipſum numos cudiſſe & ſignaſſe, perhibentium; nec non de numis *Pagnini*, quos Patriarchæ Jacobo tribuit, ab impreſſa agni figura nomen ſortitis, habendum. De cetero, utrum Gen. C. XXXIII. v. 19. voce קשיטה proprie agnus, ſ. agna, an vero numi ſpecies, aut, an commune quoddam numorum nomen innuatur? conſulantur inter alios *Pfeifferus*, Antiqv. Ebraic. Selectar. C. IX. P. 67. ſqq. *Buxtorff*. Lex. Chal. Talm. Rabb. f. 2159. *Hoffmannus* l. c. Auctor Gundlinglan. l. c. *Conringius* Diſp. laudat. §. VII. Cl. *Ringmacherus* & quos ille allegat Exegetas Tract. de Numis. §. VII. p. 18. Samaritanis Characteribus inſcriptos Siclos præter *Sperlingium* damnat *Wagenſeilius*, & Falſariis tribuit. Vid. Exc. Hanov. A. 1700. p. 777.

h) De Viro hoc Clariſſ. vid. *Bandurii* Bibl. Nummar. p. m. 201. 92. Conf. *Leuckfeldii* Antiqv. Nummar. Halberſtad. p. 2.

i) De Nummo argenteo Phidonis Diſqv. p. 13. Phidonem hunc omnium primum numos fabricaſſe & ſignaſſe, i. e. die rechte Form Geld zu prägen, die hernach zu verbeſſern geweſen, exemplo ſuo docuiſſe, perhibet *Sperlingius*, Diſſ. de Numis non cuſis. c. 1.

antiquissimos locum haud postremum si vindicaveris, minime certe hallucinatus fueris. Ethnicismum modo, quod & supra monui, prætendere noli, & quod vulgo faciunt, gentiles eos dicere, aut venditare cave. Cave & ex incomptioribus nonnullorum imaginibus Priapos (cujus generis obscœnum illud in agris vicinis Emmentzheimensibus simulacrum, quod vulgus Miplezeth, emunctiorum vero narium homines Mannum, veterum Germanorum Numen, salutant, k) aliosve priscorum Deastros fingere; id quod ex Figura numi III. suæ sortis hominibus nonnulli apud nos perperam persuadere minime erubescunt. Fig. III.

§. XLVI.

Num & ἄσημοι & informes plane dentur Bracteati?

Ad institutum revertimur. Antiquissimos & primos gentium plerarumque omnium numos *ἀσήμους*, i. e. imagine & figura, cultuque nullo, notatos, insignitosque fuisse, idoneis freti testibus, commemoravimus. At vero nullum hactenus in classe Bractealium conspeximus *ἄμορφον* plane, omnique destitutum figura & imagine, quamvis plerosque, nostros cumprimis, videamus *ἀγράφους*, i. e. literis & inscriptionibus vacuos. Haud quippe omnium Germaniæ numorum primi Bracteati sunt, & dudum ante Cavorum originem numos, eosque solidos, conflarunt nostri Majores. Germanos ad Rhenum, à Romanis edoctos, numos æreos, quos *nigros* adpellant, nec non aureos, quos nostras *Guttas Apollinis & Patellas Iridis* esse quidam autumant, rudi Minerva conflasse, auctor est *Chiffletius*; a) Nec informes plane eos extare illos voluisse, imagine Leonis, equi, &c. impressa, idem testis est. Hinc & Bracteales suos *ἀσήμους* non dereliquere. Sunt, qui disputant, num expediat Reip. nitidissimos, adeoque sumtibus non exiguis

M 2

k) De Priapo, seu Manno Emmentzheimensi, vid. Schediasma nostrum de Vallo Romanorum in agris Nordgav. p. 50.

a) Apud *Tentzelium*, Dial. Menstr. A. 1639. p. 509.

guis fabricatos, exhibere numos, cujus generis non Græcia solum quondam, sed & Roma Græciæ æmula, maximis subministravit impensis; an vero sumtibus, quam potest minimis, adeoque rudes, cudere & incultos, impensis ærario publico servatis? Id quod, referente *Antonio Augustino*, b) apud Romanos à tempore Imperatoris Gallieni, maxime vero Justiniani, usu venire cœpit. Medium & hic tenuisse juverit. Nec cultam nimis, adeoque impensis insanum magnis constantem numûm signationem prudens suaserit Politicus: nec ex adverso Post-Justinianea illa rudissima numum fabricatio Reip. bene constitutæ decori est atque ornamento, laudique. Prodigam nimius numorum nitor magnificentiam, sorditiem omnis ἀμέλεια & neglectus arguit. Scite proinde ὁ πάνυ Conringius & vere: c) *qua in re supra, quam credi potest, peccatum est à Germanis & Sarmaticis populis circa nummos argenteos per aliquot secula, donec Sec. XIII. non nihil mutavit vitium.* Quo pertinet & invectiva illa Excellentissimi Dn. *de Ludevvig* d) querela: Dahero auch solche Art Teutscher Müntzen so fürchterlich und liederlich aussiehet, als wenn sie von dem plumpesten und unbeholffenen Hirten-Volck sich herschrieben. Daß man kaum begreiffen kan, warum man das bey den Römern so hoch geachtete Müntz-Regale nicht lieber einstellen, als (öffters) die Bildungen grosser Herren dergestalt verhuntzen und verunziehren wollen.

Elegantia numorum laudi, turpitudo & ἀμέλεια vitio vertitur Principi

§. XLVII.

Deformitatis Numorum Bracteatorum Causa.

Justa certe querela, justa indignatio! Non ultima deformitatis numorum Bractealium causa, de qua & supra conquesti sumus, eorum, qui excudi curarunt, turpis sorditiem est. Sed & temporum injuria incusanda. Defecit, uti paulo ante dixi-

b) Dialog. I. Conf. *Conringius*, Disp. laudat. §. XXVI.
c) l. c.
d) Lib. cit. C. X. §. VI.

diximus, numorum splendor & elegantia jam tum Seculo III. Imp. Gallieno rerum potito. Crevit inter Tyrannos in re monetaria turpis ἀμέλεια, monetariorumque Socordia. Mox & vires cepit subsequentibus deterioribus Seculis: neque justissimus alioquin Imperator *Justinianus* rei nummariæ adflictæ opem tulit. Et hinc querendi occasionem nactus, quem paulo antè laudavimus, *Anton. Augustinus,* a) graviter in rei turpitudinem invehitur: *Circumferuntur*, inquiens, *Imperatorum Romanorum Nummi in Justinianum usque, sed in quibus veterem illam elegantiam artificiumque desideres. Et quæ ab Justiniani ætate conflata* (Numismata) *reperiuntur, adeo inepta sunt, ut artis, nitoris, atque elegantiæ vix vola, ut ajunt, atque vestigium reperiatur.* Exemplum rei conspicari si gestis, numum, quæso, solidum intuere, quem Fig. LV. exhibet, & inertis Seculi, ævique, frustum, prolemque aversaberis. Et *ad exemplum hoc*, addit solertissimus *Conringius,* b) *Post Justinianorum nummi, sese habent omnium Germanicorum Europæ populorum, atque adeo & Francorum fere usque ad Seculum tertium decimum, imo vero Seculum decimum quintum.* En! quamvis remotior, non aliena tamen & postremo loco ponenda deformitatis medii ævi numum ratio, à moribus etiam Seculorum antecedentium haud perperam petita. Ecquid adeo mirum, quod pessimis subsequutis seculis, iisque ab omni elegantia, literarum cumprimis & artium cultu, alienissimis, majora mox ingravescens barbaries cepit incrementa? Accedebat melioris, nobiliorisque metalli, in Germania, auri argentique venis nondum aut inventis, aut apertis, (qua de re & supra conquesti sumus,) inopia, &, perperam divulgato jure cudendi numos, minorum gentium Principum

a) Apud *Conringium*, l. c. §. XXVI. Conf. Cl. Viri, M. *Jo. Nic. Schulini*, Diss. de Numismate census ad Matth. C. XXII. v. 19. §. XIV.

b) l. c.

Monaſteriorum maxime & Præſulum, ἀχρηματία ſæpe ad impendendos ſumtus; ſæpe & Φιλοχρηματία, quippe qui ſatis conſultum rebus ſuis putabant, dummodo eſſet, quo res ſuas augerent, ambitioni, minus in ſe, quam in aliis culpandæ ſuccurrerent, & jura, dignitatesque ſuas, quibus magnos ſæpe duces & Principes imitari geſtiebant & æmulari, oſtentarent. Quid? quod non deeſſent in Clero, qui perſuaderent populo, *minime decere Chriſtianos, more gentilium, in numis Principum venerari vultus, numosque ſanctos habere;* c) *nec ipſos Chriſtianos antiquos ſingulari elegantia conſpicuas Sanctorum imagines, ad oculorum delectationem, in deliciis habuiſſe.* d)

§. XLVIII.

Quas inter, præter inſcitiam Artificum, Inſtrumentorum rei aptorum defectus haud poſtrema eſt.

Nec (ut in deformitatis Numorum Bractealium cauſis exponendis, quod vel maxime dicendum arbitramur, ne prætermittamus,) ſicco pede prætereundum, quod ad artifices & monetarios ſpectat. Nulla artis ſculpendi, ac æri aliquid commte incidendi, tum temporis Germanis ſcientia; &, ſi qui forte (quod invito *Moſero* a) aſſerit Dn. *de Ludevvig*, b) ex Italia aut Gallia accierentur periti Artifices (geſchickte Stempel-Schneider,) quod non niſi maximis impenſis fiebat, aut forte fortunâ in patria non nemo reperiretur, qui qualemcunque peritiam præ ſe ferebat, in aulis ſummorum Principum verſabantur: nulla denique rei difficillimæ idonea ſuppetebant inſtrumenta, ſine quibus magni ſæpe artifices parum proficiunt. Ligne-

c) Qua religione & pietate Cæſarum in Numis vultus æternales, divinosque, ſeu os ſacrum, adeoque ipſos numos, coluerint Romani, ſupra §. XXXVI. diximus. Conf. Dn. *de Ludevvig*, l.c. p. 70.

d) Id. l. c.

a) In ſeinen Anmerckungen über Hrn. Jo. Pet. von *Ludevvig* Einleitung zu den Teutſchen Müntz-Weſen/ p. 10. ſeqq.

b) Lib. cit. C. VI. §. 1 p. 34.

c) Paulo poſt commemorandis.

Ligneis sæpe typariis, sive typis & Iconiis subjicere, viris clarissimis testibus, c) bracteas argenteas eos oportebat, qualescunque inde nascerentur numi, parum curantes. Id quod dudum animadvertisse creditur rei metallicæ peritissimus Theologus, *Matthesius* d) ich will gerne glauben, scribens, daß für Alters die dünne, oder leichte silberne Groschen und Pfennige mit hölßern Stempeln gepräget sind. Quod assertum non improbat Cl. *Olearius*, e) *etsi*, inquiens, *typarium fuerit ligneum, suppositumque eidem corium, quo lamina eo citius cedere potuerit; posterioribus tamen & magis politis temporibus etiam ferreo, seu chalibeo Iconio dubio procul hi* (Bracteati) *sunt percussi.* Quibus & alibi suffragatur, f) sonderlich, inquiens, ist leicht zu sehen, welche mit einen groben, oder wie etliche meynen, mit einen hölßernen Stempel gepräget worden. Id quod & fieri posse, dummodo argentum purum putumque in tenuissimam bracteam deductum habeatur, instituto experimento probat D. *Schmidius*, ὁ μακαρίτης. g) Nec dissentit, quem toties laudamus, noster *de Ludewig*. h) Es ist nemlich die Dummheit und Unverstand, scribens, voriger Zeiten, daran (an den Mißgeburten und Affter-Gesichten der Bracteaten, den Wechselbälgischen Abbildungen, Affen-Gesichtern &c. wofür man sich öffters entsetzen, und die Heilige, die darauf stehen, für, weiß nicht was? ansehen sollte; da man öffters, um die sitzende Stellung heraus zu bringen, die Füsse von dem Nabel heraus leiten müssen; i) die sitzende Bilder, wie Drachen und Eulen aussehen; Die Ritter offt biß an die Hertz-Gruben zu Pferde sitzen k) &c.) Schuld gewesen, da man entweder keine Machinen

d) In Sarepta, Conc. XIV. p. 150.
e) Isagog. ad Numophyl. Bracteat. p. 24.
f) Curiose Müntz-Wissensch. p. 76.
g) In de Nummis Pegaviensibus, p. 7.
h) Lib. cit. c. VI. p. 32.
i) p. 108.

chinen gehabt, auf beyden Seiten zu prägen, oder auch keinen Stempel-Schneider, welcher in Stahl arbeiten, oder ins Kleine etwas recht gestaltes zu bringen gewust hätte. Dahero man sich vergnügen müssen, daß man jemand gefunden, der in weiches Metall, oder auch nur in hartes Holtz geschnitten, und etwa die Form mit einem Hammer ins Blech (wie die Blecher oder Spengler zu thun pflegen,) schlagen können. Habet equidem, quod de typariis ligneis asserto opponat Cl. *Schlegelius*, l) habet & κριτικώτατος *Moserus*; m) injuriam etiam Majoribus nostris, priscis Germanis, Domini *de Ludevvig* duris & justo asperioribus de turpi eorum inscitia judiciis fieri queritur, & cum Amico anonymo indignatur, doctissimus *Leuckfeldius*. n) Mechanici quoque dicam scribunt typariis ligneis in re monetali locum tribuentibus. At, qua quæso fronte tot testium, eorumque locupletissimorum, fidem subleſtam facere & explodere liceat, præsertim, cum nonnisi numos rudissimos, eosque unilateres laminæque argenti puri tenuissimæ, ætate maxime rudi, iconio tribuant ligneo? Suspendo judicium. De cetero causas deformitatis medii ævi numorum Bractealium omnes, quas partim *ab exemplo superiorum Seculorum*, partim *ab iis*, penes *quos cudendi erat potestas*, eorumque ἀχρηματία & φιλοχρηματία, nec non *artificum inscitia, & instrumentorum monetalium inopia*, petiimus, & plerasque omnes supra jam attigimus, scite explicat & breviter iterum iterumque laudandus noster *de Ludevvig*, daß man, inquiens, o) in Teutschland so garstig mit den Müntz-Bildungen, ꝛc. p) ꝛc.

§. XLIX.

k) p. 79. & alibi.
l) Exercit. Histor. de Nummis Antiq. Isenac. &c. p. 173. sq.
m) Libell. paulo ante laudat. p. 10.
n) De Antiqv. Nummar. Halberstad. Tr. p. 16.
o) C. XI. §. 2. p. 79.
p) Vid. supr. §. XXXVII. ad lit. n. in Notis.

§. XLIX.

Nec eſt, quod formam externam Bracteatorum, & quidem eorum magnitudinem, accuratius contemplanti curioſo ſpectatori ſatis placeat. Noſtros ſi intuearis, pro numero ad modum numorum, magnitudinis ratione nonnihil diſtinctos videas pleroſque omnes. Vides autem, quos ſecundæ, ſeu mediæ, & tertiæ, ſeu minimæ, dixeris quantitatis; primæ vix auſim aſſerere, niſi forte, qui primum in Tabula occupat locum, ad hanc claſſem velis referre. Hujus vero poſtremi generis nonnulli, quos & ma imi moduli dixeris, a) quorumque complures *Schlegelius*, æque, b) ac *Leuckfeldius*, c) aliique, exhibent, ad magnitudinem numi uncialis quam proxime ſæpe accedunt. d) Qui magnitudinis tertiæ, ſeu moduli minimi ſunt, obolorum, denariolorumque quantitatem utplurimum æquant, aliisque omnibus rariores ſunt. In quam claſſem è noſtris quos potiſſimum referam, niſi forte, quos Fig. XXIX. & XXX. exhibent, eo retuleris, non habeo. *Qui adeo minuti ſunt*, judicat *Sperlingius*, e) *Civitates olim percuſſiſſe vero mihi ſimile videtur; nam Archiepiſcoporum Epiſcoporum & Abbatum nummi hujus generis majoris moduli ſunt, & ſecundum dignitatem eorum in ampliorem formam extenſi viſuntur.* Eosdem etiam antiquiſſimos & primi ævi judicat, id quod & ſupra diximus, *Cl. Hottingerus*, f) ætati minori majoribus adjudicatis: quod aſſertum vero non niſi ad numos argenti puriſſimi pertinere arbitramur. Secundæ, ſeu mediæ magnitudinis, ſive

Numerum Bracteatorum Quantitas, ſeu magnitudo diverſa.

Fig. I.

Fig. XXIX. XXX.

N modu-

a) Vid *Olearius* Specim. rei univ. numar. §. XIII.
b) Apoteleſm. de Nummis Abbat. Hersfeld.
c) In Tabb. Antiqv. Nummar. Halberſtad. Magdeburg. & Quedlinburg.
d) Minores quippe alii, alii contra majores: uti ipſi fere Unciales ſunt.
e) Epiſtol. de Nummis Bracteat. ſæpius laudat. p. 38.
f) Diſſ. de Nummis Bract. Tigur. p. 3.

moduli plerosque forte omnes è nostris dixerim, ita tamen, ut aliis alii majores paululum sint, minores alii, quanquam ratione ponderis parum à se invicem differant. g) Ita major numus Fig. I. pondere superior non est eo, quem Fig. III. exhibet, quamvis priore multo minor posterior. Id quod & in aliis attendendum. Ubi tamen & id non celandum, margines sæpe numorum fraude sceleratorum hominum ita esse præcisos, ut vix impressæ imagines integræ sint servatæ: quæ improborum hominum fraudulenta nequitia nec nostro quidem cessat seculo. Et his quidem fraudibus numum Fig. II. altera sui parte diminutum conspicimus, ejusdem cum num. Fig. I. commatis. Quod vero ejusdem typi numos, eosque integros, sibi, ratione quantitatis, non æqualis semper & constantes videas, causa est & ratio, quod rudi Bractealium ævo universam bracteam, ex qua numi excidebantur, non ad amussim æqualem, parique ubivis λεπτότητι constantem cudere noverint bractearii: quo adeo factum, ut cum ejusdem ponderis frustula, seu segmenta, fuerint omnia, ejusdem etiam magnitudinis esse nequirent. h) Accedit, quod nescio qua ἀμελείᾳ, nec typarium ad bracteam, seu laminam, nec lamina ad typarium decenter & accommodata & applicata sæpe fuerit.

Fig. I.
Fig. III.
Fig. II.

g) Et hac de re ita noster *de Ludevvig*, C. IV, §. 4. Es ist auch dieses nicht beständig, jedoch sehr gemein, daß man fast glauben sollte, die Bracteati hätten meistens ein gleiches Gewicht gehabt, die Grösse aber derselben wäre auf eines jeden sein Belieben und Willkühr angekommen.

h) Conf. laudatus modo Dn *de Ludevvig*, l. c. p. 76. §. 4. Ita vero ille: Dahero ich auf die Gedancken gerathen, daß die Müntz-Meister die Dicke der Bleche nicht allezeit haben können, daß sie deswegen nöthig gehabt haben, in dem Ausmüntzen immer die Scheer zu haben, und denjenigen, der noch zu schwer gewesen, zu beschneiden/ rc.

rit. i) Præter alios, numus cumprimis Fig. XXIV. abunde & luculenter satis id docet. Adde sis, numum Fig. XLIV. Ubi videas marginem imagine vacuum plurimam numi partem constituere. De cetero, quod quantitatem majoris & maximi moduli attinet, probabilitate non caret, quod Episcoporum numi, memoriales cumprimis, & qui largitionibus destinati, secundum dignitatem eorum, in ampliorem sæpe formam extensi fuerint. k) Quem finem minime cum attenderint Civitates, Principesque potentiores, satis quoque clare dispalescit, qua de causa eorum numi minus, uti *Sperlingius* loquitur, ποιμαίνουσιν. l) Fig. XXIV. Fig. XLIV.

§. L.

Figuram Numorum Bractealium quod attinet, plerique, quos viderim, omnes Sphæricam habent, seu orbicularem. Fig. XLII. ad Figuram quadratam quam proxime accedit, dummodo avara falsarii manu præcisus non fuerit numus, idque in extremis maxime marginis partibus. At figuram omnino quadratam habent recentioris ævi numuli Fig. XLVIII. & XLIX. Non aliam vero, quam orbicularem Bracteatorum vidit Figuram ὁ πάνυ *de Ludewig*, a) rationemque rei non improbabilem reddit, was die Runde betrifft, scite scribens, so meynen zwar einige, daß man vier- und langeckigte, gleich den heutigen Klippens, Frauen oder Gedächtnus-Müntzen, antreffe; Es ist *Num dentur Bracteati quadrati?* Fig. XLII. Fig. XLVIII. IL.

i) Id. l. c. Ich habe mir Anfangs eingebildet, daß man der Grösse/ nach der Beschaffenheit des Stempels/ oder der Bildung, etwas abgenommen oder zugesetzt habe. Et paulo post: Und dahero ist der Ranff öffter auch wohl das dritte Theil grösser, als die Bildung, oder auch der Stempel ist.

k) Ita paulo ante laudatus *Sperlingius*, l. c. p. p. 38.

l) p. 76. Episcopi Germanici majoribus bracteatis ποιμαίνουσιν.

a) l. c. C. X. §. 5.

mir aber keiner davon zu Gesicht gekommen. Es wäre auch diese Gestalt sehr unbequem gewesen, weil die Spitzen leichtlich in den dünnen Blechen sich verbiegen und zubrechen können. Dahingegen die Runde alles zusammen gehalten hat. At vero aliter sentit Nobilissimus *Moserus*, & non dari tantum adfirmat numos quadratos Bracteatos, sed & ipsum se ejus generis bracteales, Comitum maxime in Svevia Eberſteinenſium, in Cimeliarchio Wirtembergico oculis usurpasse, asseverat. b) Et Cl. *Schlegelius* noster c) ex Chronico quodam Norimbergensi commemorat: Die Stadt Ellenbogen in Böhmen, muß dem Römischen Kayser, wenn er dahin kommt, einen höltzernen Becher voll kleiner Augspurgischer Heller geben; solche seynd viereckigt / haben auf der einen Seiten ein Creutz, auf der andern, das Augspurgische Wappen. Quid? quod & Tigurinos ad annum usque 1400. non nisi numos quadratos fabricasse, constet. d) Quibus addas nostros Fig. XLIII.
Fig. XLVIII. XLIX. XLIX. *) & quos initium superioris Seculi lit. M. notatos produxit in vicinia. Ceterum solidos dari quadratos, nullum forte dubium. Ita numi quadrati meminit, teste *Matth. Hosto*,
Fig. LVII. e) Lucianus. De Græcorum τετραγώνοις vid. *Cangius*. f) Angli quondam, referente Sperlingio, g) cruce signabant denari-

b) In seinen Anmerckungen über Hrn. *J. P. Ludevvigs* Einleitung zu den Teutschen Müntz-Wesen, p. 39.

c) Differt. de Num. Gothanis, §. XV.

d) Testem laudat dictus modo *Moserus* Stumpfium, l. c. Conf. *Hoffmanni* Müntz-Schlüssel, p. 210. sq.

*) Numum hunce Fig. XLIX. exhibet & Nobilissimus *Sperlingius*, Epist. de Orig. & Progr. Num. Br. n. 17. & p. 37. *Asloensi Civitati* tribuit, *quia adeo minutus est*, addens, *Civitatem eum olim percussisse vero mihi simile videtur*.

e) Histor. rei nummar. veter. Lib. I. p. 52.

f) Differt. de infer. ævi Numismat. §. XLVIII.

g) l. c. 80.

narios, eaque tam profunde fecabant, ut facile, quando opus erat, dimidiam eorum partem, vel quadrantem diffringere ab iis possent & solvere, partibusque numorum suppletoriorum loco uti. Ex quibus ruptorum denariorum partibus obolos deinde & quadrantes, i. e. interprete *Sperlingio*, h) Bracteatos, eosque rotundos, formari jussit circa A. 1108. Rex Henricus. i) Sic & quadratos varii pretii & magnitudinis signari curavit Serenissimus Saxoniæ Elector Georgius I. k) Nec defuerunt *Luckio* in Sylloge Numismatum elegantiorum Sec. XVI. varii memoriales quadrati, (Klippen vulgo dicti,) interque eos *obsidionales*, ut vocat, in supra Laudato Thesauro Numismatum historicorum Seculi XVIII. pariter obvii, in quorum censum & oblongos referunt. De longis, seu oblongis (aut si mavis ovatis) apud nos Penningis, vid. infra §. CXVI. in n. lit. 9. Sed hæc de solidis ὡς ἐν παρόδῳ.

§. LI.

Nec nullam in forma externa Numorum Bractealium describenda *Circumferentiæ* & *Lateris* rationem habendam arbitror. Laciniatos vides ex antiquioribus plerosque omnes, è nostris autem & potioribus quidem, haud sane paucos. Ac noli mirari, noli aversari lacinias. Ætatis inconcinnæ ruditati, laminarum tenuitati & temporis, quod omnia consumit, aroditque, injuriæ, humo præsertim diu cum obruti fuerint numi, quod displicet, tribuas. Nec nulli etiam è nostris sunt, quæ speciem præ se ferunt *Numorum Crotoniatorum*, seu con- *Bracteati Laciniati.* *Crotoniati.*

N 3 tor-

h) l. c.

i) Id. l. c. Conf. *Sim. Dunelmensis* Histor. Anglic.

k) Vid. *Lanckisch.* Mahl-Schatz, p. 473. 4. 80. & *Wagenseil.* Disp. laudat. p. 16. It. *Ringmacher*, Tr. Hist. Pol. de Nummis, p. 21.

torniatorum, a) ab Italis à circuitu vel flexu (von wegen ihrer sonderlichen Einfassung oder Rande,) qui conturnus dicitur veteribus chartis, b) ita dictorum. Et hanc etiam speciem mentiuntur numi Tabulæ nostræ antiquiores plerique omnes. At vero ista, contorniatorum puta, adpellatio iis solum numis convenit, qui ab initio nullum additum habuerunt circulum, sed quibus postquam fuerint percussi, circulus excavatus tortili modo eos ambiens, accessit. c) Istum autem conturnum, sive circulum, nostri qua ratione à typario acceperint, *Chiffletius* d) docet. De *Lateribus* numorum Bracteatorum, nostrorum etiam, non una diximus vice, locoque non uno. Diximus vero in strictiori significatu Bracteatorum & Cavorum numorum, non nisi unum eorum latus extare signatum, altero alterius in cavitate sua exhibente figuram; alſo, ut rem explicat Cl. *Olearius*, e) daß auf der andern Seiten eben dasjenige einwarts zu sehen, was die andere Seite erhoben præsentiret. Quo nomine certe quin *numi* etiam *incusi* recte dicantur, in classem saltem

Incusi.

a) Audiunt & Conturniati. Pluribus de hujus generis veterum numis agit *Olearius* in Epist. ad *Wedelium* de Nummo Concourniato M. Aur. Antonini; & in seiner Müntz-Wissenschafft, p. 82. ita eos describit: an solchen ist auf beyden Seiten der Rand erhöhet, daß, wann man Wasser auf die Müntzen thut, solches nicht ablauffe. Dergleichen Numi Conturniati sollen in Griechenland erfunden seyn, welche sie austheilten denjenigen, die in ihren Spielen den Sieg erhalten. Conf. *Wagenseilius* in Diss. cit. *Tentzelius* Dial. menstr. ad A. 1692. p. 334. *Polyc. Tentzelius* in de Num. Max. Mod. p. 102. P. Jobert Einleitung zur Müntz-Wissenschafft, p. 47. sqq. alii.

b) Vid. *Cangii*, seu *du Fresne*, Glossar. Tom. I. f. 1320. sq.

c) Conf. Cl. *Ringmacher*, Tr. Histor. Polit. de Nummis, p. 42.

d) Descript. Vesont. P. I. p. 68. Conf. §. XXVIII.

e) Müntz-Wissenschafft, p. 91.

tem ipsorum haud male referantur, nullus dubito. f) At vero, num & Numi, quos quidam jactant, acephali, *in quibus nulla plane conspicitur effigies*, g) suum etiam heic sortiantur locum, non est h. l. quod disputem. Negativam paulo ante, de numis non signatis verba facientes, adstruximus. Quid enim acephali aliud nisi numi ἀμόρφοι, non signati? cujus generis inter Bracteales nullum hactenus conspicari licuit. Sed Flores quosdam Iridis, seu numos, quos supra commemoravimus, patellarios, in classem venire acephalorum dixeris, quos celeberrimus Dn. *de Ludevvig* Germanorum numis cavis & bracteatis accensere nullus dubitat. Cramben bis coctam apponere nolumus, qui supra hac de re abunde satis disputavimus. Inscriptiones potius Bracteatorum, si quas illi habent, (habent autem paucissimi nostrorum,) attendendas esse arbitror, quippe, quæ ad formam externam, & ad latus quidem, idque alterum, vel maxime referantur. At vero non hic æque, ac alibi, pluribus differendi de iis copia dabitur & occasio. *Acephali.*

§. LII.

Quod autem vel maxime in Bractealium numorum qualicunque forma, eaque externa, in oculos incurrit, Figuræ sunt, &, quibus maxime placent & distinguuntur, signa, effigies & Insignia. Quæ, quod obscura maxime, minime ubi velis sunt, valde certe dolendum. Ita v. in quibusdam numis distractæ sunt figuræ, simul & diffusæ, disseminatæque, a) ut, quid inde colligas adstruasque, omnino nescias, sæpe & desperes. Cujus generis & inter nostros nonnulli, primo saltim adspectu, ani- *Figura in Bracteatis & effigies ut pluri-mum obscura sunt.*

f) De Numis Incusis vid. *Tentzelius*, Dial. Menstr. A. 1692. p. 916. Videatur & *Chiffletius*, l. c.

g) Vid. *Aldrovandus*, Ornithol. p. 95.

a) Als wenn sie die Hühner behackt hätten, scribit Fridericianæ Cancellarius, lib. laudat. p. 156.

animadvertuntur. Nolim adserere inter Bracteatos esse, quos *Talismanicos* vulgo adpellant, quique amuletorum vicem sustinent; b) id quod monstrosæ quorundam Bractealium figuræ incauto spectatori svadere possent & persuadere. Distinctiores vero, armato sæpe oculo contemplandi, *figuras* exhibent *rei*, vel *inanimata*, vel *animata*; & *utriusque*, vel *unius & solius*, vel *aliis*, *alius sæpe*, *sæpe & ejusdem generis*, *juncta*, ob oculos ponunt. Ita rem inanimatam, eamque unam & solam, sistunt numi Fig. XXI. XXVII. Rem inanimatam, eamque diversi generis exhibent numi Fig. XXXIII. XXXVII. & alii; animatam unam & solam, numus Fig. XXII. XXVI. Viris illustribus rem inanimatam æque ac animatam junctam numi plerique omnes; At vero, qui Bracteati, in nostris cumprimis, rem sistunt inanimatam, *signum Crucis* sæpe sistunt, nec non *librum*, *claves*, *turres*, *templa*, *coronam*, *pedum*, seu *lituum*, *clypeum*, *vexillum*,


Fig. XXI. XXVII. Fig. XXXIII. XXXVII. Fig. XXII XXVI.

b) De Numis Talismanicis ita *Olearius*, Müntz-Wissenschafft, p. 54. Die abergläubische Talismanische Müntzen, welche auch amuleta genennet/ und meistentheils von einfältigen und liederlichen Leuten angehencket, oder eingewickelt, in Taschen getragen werden, sind in grosser Anzahl hin und wider zu finden. Talismanorum vero, etymon si spectes, nomine veniunt, non Sacerdotes modo Turcici, sed & στοιχεῖα & Characteres magici. Consulatur *Salmasius* in Kerköetium, p. 75. de annis item climactericis, p. 578. & in Histor. August. p. 360. *Gaffarellus*, de Curiositat. inauditis; alii. Audiantur præterea de numis Talismanicis *Sperlingius*, Epist. laudat. p. 64. *Patinus*, Introd. ad Histor. Numism. p. m. 99. *Chiffletius*, Anastas. Reg. Chil. c. 18. *Paschius* Invent. Nov. Antiq. p. 396. sq. In gratiam curiosi spectatoris hujus generis numi Iconismum sub finem Tabulæ adjeci. Numum ex stanno maximam partem conflatum cum medicamentis aliis dispertitus est, & fumos quod ajunt, vendidit, haud ita pridem apud nos Agyrta quidam in publico foro, ejusque vires ad cœlum usque extulit.


IESVS + CHRISTVS + ELOY + ELION + ANANISAPTA

LIX


TETRAGAMATON + AGLA + IEHOVA + EMANVEL



lum, aliusque signaturæ Heraldicæ quippiam. c) Qui rem animatam ob oculos ponunt, figuras Avium persæpe exhibent, v. gr. *Aquilæ, Falconis, Cygni*, &c. vel Quadrupedum animalium, *Leonis, ursi, agni*, &c.& ex Natatilibus, *Piscium &c.* Hominis quoque membra in Bracteatis conspicimus varia; *manus*, v. gr. & *digitos* (vario modo vel erectos vel extensos,) in nostris. Quibus addimus figuras Vegetabilium, florum, v. gr. *Rosæ, Lilii, Palmæ, Fructuum, Foliorum*, v. gr. Urticæ. Potiores sunt Numi, qui *figuras Personarum*, earumque vel sacrarum, vel Civilium; *stantium* item, vel *sedentium*, *equitantiumve*; *precantium* denique &c. speciem præ se ferunt. Sunt & numorum Bractealium quamplurimi, qui & *personam* simul & *rem*, eamque vel animatam, vel inanimatam, quod & paulo ante diximus, exhibent. Ut de figuris & signis, quæ ad *ornatum* faciunt, sæpe & ad *habitum*, nihil, hac quidem vice & loco, dicamus.

§. LIII.

Numi Bracteati Insignia ut plurimum & arma Auctorum suorum ob oculos ponunt.

Qui ex Numis Bracteatis rem aliquam, eandemque vel inanimatam, vel animatam, è regno æque vegetabilium ac animalium, &c. exhibent, Insignia maximam partem eorum nobis sistunt, quorum jussu numi illi percussi fuerunt. Id quod & dudum intellexit & docuit Cl. noster *Frisius*, a) non inscite scribens: Im 13. und 14. Seculo sind der dünnen Hohl-Pfennige so manchfaltiges Schlags und Geprägs gewesen von Rosen, Lilien, Fischen, Köpffen, Kräntzen, Wappen und Bildern, daß alle nicht nützlich zu erzehlen, &c. Ubi tamen sedulo observandum, Insignia Germanorum non ejusdem cum eorundem numis esse ætatis, communem saltem & frequentiorem Insignium usum quod attinet. *Verum sane est*, ait hanc in rem celeberr. *Sperlingius*,

O

c) Docet id, præter αὐτοψίαν, *Frisius*, in Spec. monet. ad Sec. XIII. & XIV.

a) l. c.

gius, b) *Insignia in Principum aut Regum Nummis sero comparere.* Et clarius: c) *Non prodierunt in lucem Insignia ulla Regum vel Principum Germanicorum, multo minus Comitum, ante expeditionem in terram sanctam, sed postmodum demum invaluerunt.* &c. Eidem quoque tempori, expeditionis sacræ puta ævo, cognomenta Germanorum debere originem, sunt qui adfirmant; idque vel ea de causa, ut distinguerentur homonymi, amicisque domi relictis fata vel defunctorum, vel superstitum, rectius innotescerent, liquidiusve. d) Sed ad institutum redeamus. Ornamentis publicis & Insignibus primum apud Christianos usos fuisse Ecclesiasticos, seu Personas sacras, iisque Ecclesias suas distinxisse, adeoque antiquiorem esse usum Insignium clericorum, quam Principum secularium, & illos his præivisse in ista Insignium, armorumque materia, idem auctor est; e) aliter sentiente *Cl. Schlegelio,* f) Ecclesiasticorum Principum Insignia propria & proprie sic dicta tantæ antiquitatis non esse, ac Principum secularium, non indocte adstruente.

§. LIV.

Halensium Bracteati crucem & manum exhibent.

Ex rebus inanimatis figuram *Crucis* in Bracteatis frequentissimam esse, qui nescit, paucos numorum veteris Germaniæ conspexisse mihi videtur, aut manibus trivisse. Ex nostris sane, sive iis, quos heic loci repertos collegimus, plerique omnes

b) Epist. de Nummis Bracteat. & Cavis, p. 26.

c) p. 44.

d) De Nominibus propriis commentatos novimus *Joh. Henr. Ottonem* in Onomatolog. Tigur. 1671. & *Abbatem de la Roque*, de l'Origine des Noms & Surnoms, Paris. 1681. quos conferas.

e) p. 77.

f) Apotelesm. de Nummis Abbatum Heresfeld. p. 85. Consulatur vero cumprimis de Insignibus Numorum Bracteatorum celeberrimus *Dn. de Ludewig* libro toties laudato, p. 103, sqq.

omnes (sexcentos autem & plures eorum vidi,) signo Crucis conspicui sunt, Creutz-Häller, inde dicti. a) Exhibent, qui hujus sunt generis Fig. XXXVII. XXXVIII. XXXIX. Sed & manum latere altero conspiciendam nobis præbent, eamque in digitis erectam; Händels-Häller vulgus olim vocitavit. Halensium in Suevis eos esse, nemo forte dubitaverit. Auget fidem Ill. Fridericianæ Cancellarius, & ipse Halensis, *Hala Suevorum*, scribens. aa) *Patria, utitur manus Insigni in numis, & Cruce, in quam solet jurari imposita manu.* Et alibi, b) -- oder einem Creutz und einer Hand, durch welche die Treu und Huldigung angedeutet wird. Et suo nos testimonio certiores reddit Nobilissimus *Hæpingus*, *Insignia*, tradens, c) *Halensium moneta eorum aurea & argentea demonstrat, in qua manus & crux, &c. visitur.* Nec deest *Crusius*, pluribus id ipsum adstruens. d) Et ὁ πάνυ *Schlegelius* Historiam numorum Halensium distincte satis persequitur: *Suevorum*, inquiens, e) *Halam Urbem primum dedisse nobis illos* (Haleros) *qui cruce ab una, manuque ab altera parte, & sine literis, signati, ex ære, argentoque cusi fuere. Insignia persuadent olim, hodieque in ipsa urbe usurpata. Nec deest auctoris luculenti testimonium: duplex etenim, referente*

Fig. XXXVII. XXXVIII. XXXIX.

Causa & rationes.

O 2 Mart.

a) Vid. *Struv.* Archiv. P. I. p. 123. ap. Auctor. der Sächsischen Groschen, p. 17.

aa) Reliqv. MSS. omnis ævi Diplomat. Tom. VII. p. 602. n. 123. 124.

b) In seiner Einleitung in das Teutsche Müntz-Wesen, mittlerer Zeiten, p. 63. Conf. *Spangenberg.* de Usu & abusu Monetæ, ap. *Frisium.*

c) Tr. de Jure Insignium, C. VI. P. VII. n. 1038. f. 387.

d) Annal. Sueviæ, P. II. Lib. VII. c. V. p. 226.

e) Differt. de Nummis Gothanis, &c. §. 9. 10. edit. primæ, edit. II. vero, quæ clarius multo & fusius rei numariæ Halensium Historiam tradit, §. XIV. sqq.

Mart. Crusio, f) *Halæ olim Senatorum fuit genus; alterum ex Ordine plebejo, in quorum sigillo Crux comparuit. Sed hæc Insignia post compositam gravem A. 1347. inter Senatorum diversi generis controversiam deinceps coaluerunt, manu & cruce in campo rotundo simul positis. Unde creditu in proclivi est, illos numos, qui ab una parte manum, ab altera crucem referunt, ante dictum annum 1347. fuisse conflatos, divisis utpote tunc adhuc existentibus Insignibus laudatis.* Pulcrum rei exemplum præbent Unciales Civitatis Halæ, altero sui latere Imperii Insignia, altero vero Crucem & manum exhibentes, Sec. XVI. fabricati. g) At vero non seculo demum XIV. quod Cl. *Schlegelius* passim adstruit, h) sed & longe ante, cusos fuisse & signatos apud Halenses ejus, quod diximus, generis numos laminares cruciatos, ex Librarum Halensium, Hallerorumque, vulgo Häller, nominibus & computationibus sunt, qui adfirmant. hh) Non Halam vero solum, sed & Norimbergam, Augustam Vindelicorum & Ulmam, nec non Francofurtum hujus commatis, numos excudisse, ex certis Historiarum monumentis patet. i) Quo cum accidisset,

f) Annal. Suev. P. III. p. 499.

g) Vid. *Schlegelius* modo laudatus l. c. Edit. II. §. XV.

h) Pluribus id docet & Transactionum publicarum exemplis comprobat laudatus modo *Schlegelius*, l. c. §. XI. sqq. Edit. II. §. XVI.

hh) Quo & Excell. Dn. *de Ludewig* assertum, lib. laudat. p. 50. facit, welche Stadt, scribentis, in den uraltesten Zeiten das Geld in so grosser Menge geschlagen, daß man nicht allein in Francken und Schwaben, ja fast den gantzen Rhein hinunter mit Hallischen Pfunden gehandelt. Conf. *Schlegel.* l. c. §. XXII. sq. It. *Moserus* l. c. p. 23.

i) Non infrequens quippe erat tum temporis, ut, si quod monetæ genus præ aliis in celebritate versaretur, mox & aliæ Civitates id ipsum signari curarent. Suffragatur Noster, l. c. p. 266. Dieses ist gewiß, daß in den alten Zeiten/ wann eine Müntz in guten Ruff gewesen/ ein Reichs-Stand dem andern selbige nachgeschlagen, und mit

set, ut non omnium omnes ejus generis ejusdem essent bonitatis, & unius Civitatis numi ab alterius pecunia distingui nequirent, Imperatoris *Wenceslai* mandato rei ac saluti publicæ consulendum erat, k) utque communi signo proprium quælibet trium priorum Civitatium adderet, imperandum. l) Qua ratione *Augustani* nuce sua pinea, m) *Ulmenses* arca scuti, (vid. Fig. XXXVIII. & XXXIX.) &c. à vulgaribus Halensibus distinguuntur. Et ab Halensibus seu Haleris istis Cruciatis, Creutz-Hällern, quin moderni nostri Cruciati, quos Creutzer cum vulgo adpellamus, Originem suam nomenque sint sortiti, nullum mihi sedet dubium. At quanto præstantiores superioribus seculis Halenses isti fuerint Cruciati, modernis nostris, pondere æque ac argento, (an Schrot und Korn,) tanto etiam pretio modernos nostros illos superasse putandum: atque adeo minime peccasse mihi videor, si vel uni illorum tres ex nostris cir- Fig. XXXVIII. XXXIX.

O 3

mit eben dem Nahmen benennet. Welches an dem Exempel der Braunschweigischen Löwen-Pfennige, der Marien-Groschen/ Schreckenberger, &c. zu ersehen.

k) Hujus mandati mentionem facit Chronicon Norimbergense apud *Schlegelium* de Numis Gothanis, §. 15. ita habens: A. 1385. hat König Wentzel verordnet, daß in 4. Städten, nemlich Augspurg/ Nürnberg Ulm und Halle, und sonst nirgends anderswo, sollen gemüntzet werden Heller mit Creutz und Händen / die sollten in Francken und Schwaben, und in allen darinnen gelegenen Städten genommen werden, ein Pfund für einen guten Rheinischen und Ungarischen Gulden / und soll an Korn halten ein Drittel löthiges Silbers, und 2. Drittel Zusatz, und an der Zahl sollen gehen 49. Schilling und 4. Heller auf ein Nürnbergisch Marck.

l) Vid. Tr. *Schlegelii* de Num. Gothan. Tab. I. Fig. 19. 20. Francofurtensium hujus generis numorum complures videas Figuras ead. Tab. n. 21. seq.

m) Id. l. c. ex eodem Cæsaris mandato; und soll eine jede Stadt ein sichtiges Zeichen darauf schlagen, daß man sie wohl erkennen möge, &c.

circiter respondere contenderim. n) Sed vero, uti in omni numo, ita & Halensibus, temporis ratio habenda, quæ nunc auget pretium, nunc minuit. Conferantur, quæ paucis hac de re supra diximus, & fusius dicemus. o)

§. LV.

Turres Porta & Burgi, nec non Aquila complurium Civitatium Insignia sunt; adeoque & Numorum.

At non æque crucis signum complurium Civitatium in Numis Insigne fuisse, ac Turres, Portæ, Burgi & Castra fuere, antiqua rerum monumenta testantur: quibus non tam à Civitatibus aliis, quam à pagis vicisque, & locis non clausis, distingui volebant. a) Utrumque sane Weissenburgum, ne longius discedamus, Noricorum æque ac Sebusiorum, hoc gaudet Insigni, ab Imperatoribus etiam ævo inferiori adprobato, confirmatoque. Sed & Aquilæ Signo, quod & ipsum ὡς ἐν παρόδῳ moneo, pleræque Civitates, eæque Imperiales, non invito Imperatore, b) utuntur; ita tamen ut quemadmodum in communi illo crucis & manus; ita etiam in Turrium, portarum, castrorumque, nec non Aquilæ Imperialis signo, singulare etiam quidpiam & proprium, quo luculenter à se invicem distinguantur, adjiciant. c) Id quod in collatione Civitatium Imperialium maxime Insignium, facile animadvertes.

LVI.

n) Duodenos Halerorum Solidum olim valuisse satis clare nos docet celeberr. *Struvius*, l. c. Verba ejus sunt: Und ist derselben Schillinger (Solidorum) einer so viel werth/ als 12. Creutz-Häller.

o) §. CXXII.

a) Dn *de Ludevvig*, l. c. C. XI. §. 4. p. 83.

b) Aquilæ Insigni fidem & pietatem suam Imperatori testatam reddere & probare perhibentur Civitates Imperiales. Vid. *de Ludevvig*, l. c. p. 132.

c) Als der Gebrauch, ait noster, l. c. C. IX. §. XII. p. 131. auf den Müntzen mit den Wappen auffkommen, so haben zwar ehedem die Städte kein anders Zeichen, als ein gethürntes Thor, gehabt, weil sie eben auch durch die Ring-Mauern von andern Flecken mit unterschieden/

§. LVI.

De turritis adeo Bracteatis, in quorum censum haud pauci, è nostris cumprimis, quem Fig. XXI. refert, veniunt, generatim, quid habendum sit, ex dictis colligere est. De iis autem potissimum nobis sermo, qui cum *ἄγραφοι*, ut plerique nostrorum omnes sunt, conjecturis locum faciunt non improbabilibus. Civitatium & Burgorum, sive Castrorum, eos esse non inepte forte dixeris; propterea, quod Civitates olim signis his & insignibus ab aliorum numis, certo quasi charactere, suos distinxerint. Ast vero & Principum, teste Poëta: a)

Ardua quid vacuas turris quæ surgit in auras
in Clypeis? fortes fortia signa decent;

nec non Episcoporum quorundam & Præsulum numi turres exhibent, nec non Burgos & propugnacula? Exhibent, at non turres solum & Burgos: simul enim vel ipsos sistunt Principes vel Præsules, quod è nostris numi docent Fig. VI. X. XVI. XIX. & XXXV. XXXVI. itemque & XLVI. vel *ἰδιαίτερον* quidquam, vid. Fig. XXXI. XXXII. nec non XXXIII. ob oculos ponunt. De numis tamen Episcoporum & Præsulum turritis dicere malim & asserere, quod utplurimum templa potius & monasteria, quam Burgos & Arces, significent. Et in hanc ratio- Fig. VI. X. XVI. XIX. XXXV. XXXVI. XLVI. XXXI. XXXII. XXXIII.

---

schieben worden sind. Dahero noch jetzo die meisten und ältesten Städte sich solches Zeichens in ihren Schildern (denn Waffen oder Wappen / kan man selbige nicht wohl heissen) zu bedienen pflegen. Weil aber durch die Vielheit der Städte der gleichgestalte Schild Ursachen zu allerhand Zweiffel gabe, so haben die meiste Städte das gemeine gethürmte Thor entweder abgeschafft, oder aber das alte mit einen Beysatz vermehret, und von andern unterschieden. En! caussam varietatis Insignium Civitatum modernorum, veterumque.

a) Apud *Hœpingum*, l. c. de Turribus in Clypeis C. IX. n. 413.

rationem scite *Schlegelius*; b) *Personæ sacræ inquam plurimis nummis comparent inter duas turres sedentes* (in nostris Fig. Fig. XXXV. XLVI. XXXV & XLVI. arcui turrito subjectæ, & eum quasi sustinentes, aut turri, templove adstantes,) *ut potestatem ecclesiasticam in templa*, (& monasteria) *quæ vix sine turribus visuntur, &c. intelligas*. Qui vero numi nihil præter turres, Burgosve, & propugnacula sistunt, eorum certe aliam rationem esse arbitror, consensu Auctorum in hoc scribendi genere clarissimorum fretus. At quarum instas, Civitatium signa ista & In-
Fig. XXI. signia? & qui turritorum, cujus generis numus est Fig. XXI. Auctores? *μέγα λίαν αἴτημα*, quod ajunt, deficientibus, quod plus simplice vice conquestus sum, decentibus Inscriptionibus, aut specialibus saltem *κριτηρίοις* aliis. Turres exhibent & tres Turres Hamburgensibus plane similes *Luneburgenses*; d) Sistunt oculis tale quid & *Magdeburgenses*; e) *Weissenburgenses* etiam Sebusiorum numi insignes sunt turribus & Burgo. f) De Weissenburgensibus Noricorum cupreis, Burgum quoque cum turribus exhibentibus, non est, quod h. l. dicamus. g) At vero *Hamburgenses* folio urticæ in inferiore mediæ turris parte; h) *Luneburgenses* i) Leone scandente ad dextram in porta

---

b) Conf. *Schlegel.* de Num. Heresfeld. & *Leuckfeld* de Num. Halberstad. in Iconismis. De Numis turritis Præsulum Id. *Schlegelius* l. c. §. XI. scite scribit. Scribit & B. *Schmidius*, in de Nummis Cathedralibus Program. A. 1692. Jenæ edito. p. 5.

c) Teste *Sperlingio*, Epistol. de Orig. & Progr. Num. Bract. & Cav. pag. 40.

d) Cum Civitas Hanseaticis accenseretur. Id. p. 50.

e) Testis est Dn. *de Ludevvig*. l. c. p. 132.

f) Id. l. c.

g) Numi enim cuprei sunt, circa A. 1622. demum excusi.

h) Vid. Cl. *Sperlingius*, d. l. p. 40.

i) Idem, p. 50. Ubi vero notandum, insigne hoc Civitatis extitisse, ex Hanseaticis illa dum fuerat.

porta mediæ itidem turris; *Magdeburgenses* signo virginis, seu puellæ, castro impositæ; k) *Weissenburgenses* Sebusiorum corona l) Bracteales suos distinguunt. Quibus ita se habentibus, ut sane habent, cui nam ex prædictis Civitatibus noster Bracteatus laminæ tenuissimæ Fig. XXI. sit adscribendus, haud sane difficile colligere est. (Fig. XXI.) In inferiore mediæ turris parte attenta mente, defixisque oculis, quod res est, si consideraveris, folium, idque tamen paulo minus, quam quod paululum major numus Sperlingianus exhibet, conspicies m) Ætatem numi si spectes, ultra Sec. XIV. non est quod referas: Siquidem, laudato sæpius *Sperlingio* monente, n) *Cavi Hamburgensium numi circa Ann. 1336. demum cœperunt; ante annum vero 1325. Civitati suo nomine numos cudere non erat concessum, sed si quos cudebant, sub Comitum Holsatiæ nomine, ut Dominorum suorum, prodibant.* Sed instas cum celeberrimo *Dn. de Ludewig:)* *raro admodum medii ævi nummos extra provinciam in loca tantopere remota ob causas alibi indicatas, latos fuisse.* Assurgo viro summo, dummodo inter priora & posteriora medii ævi secula distinguat, assertumque suum non nisi prioribus mancipet. Omnis generis numos, quod nostri probant, miscet ætas posterior. Globulos, quod attinet in turrito nostro numulo per circuli modum in amplo satis limbo dispositos (quem Globulorum, seu circulorum, ordinem in pluribus etiam aliis (conf. Fig. XI. XII.) conspicamur, non alium ob finem eos (Fig. XI. XII.) adjectas putandum, quam ut majorem gratiam & elegantiam

k) Excell. Dn. *de Ludewig*, l. c. p. 132.

l) Id. d. l. Merentur, ut apponantur ipsa luculentissima Auctoris verba. Ita vero ille: Also führen Magdeburg über dem gethurmten Thor eine Jungfrau, oder eine Magd; Hamburg das bekannte Hollsteinische Nesselblat; Weissenburg eine Crone, &c.

m) In Tabula Numorum Sperlingianorum est XIX.

n) l. c. p. 40.

o) Reliqv. MSStorum omnis ævi Diplomat. T. VII. p. 602.

Fig. XXXV. XXXVI. numo concilient. p) Numos Fig. XXXV. & XXXVI. quod concernit, priorem ex sacris esse, signum crucis non mediæ modo turri impositum, sed & alteri lateri cum quatuor stellis impressum indicio est; posteriorem vero ad eos pertinere, quos paulo ante Poëta scite notavit, viri bellatoris Insignia plus satis docent. Sed de utroque alio loco fusius dicemus, hoc unum heic monuisse contenti, bilaterales hosce numos bractealibus & cavis antiqui ævi minime nos accensere, locum vero inter nostros eis tribuere, quod vergentis q) ævi medii sint, & cum bractealibus stricte sic dictis reperti.

§. LVII.

Figuræ Bracteatorum è Regno vegetabilium frequentissimæ sunt Rosæ & Lilia.

Fig. XXVII. XXVIII.

Haud dispar sane ratio est Bracteatorum, quos è Regno Vegetabilium *Rosæ* ornant & *Lilia*. Vid. Fig. XXVII. XXVIII. a) Rerum Germanicarum indagator solertissimus, *Jo. Schilterus*,

---

p) Consentit Cl. *Liebknecht*, ejusdem generis in *Nummis Heresfeldensibus* ob oculos ponens. Vid. §. XV. p. 36. Horum etiam circellorum (venia sit voculæ in scriptis νομισματοφίλων passim occurrenti,) in numis haud paucis obviorum non incuriosus est Spectator ὁ πάνυ Noster, p. 106. d. l. scribens. Im übrigen gehöret zu den Neben-Zeichen der Blech-Pfennige auch der Ranff, oder Rand davon. In diesen finden sich öffters verschiedene Ringe durch den Umkreys / absonderlich / wenn in demselben keine Schrifft gebracht ist. Manchesmal sind auch dieselben mühsam gemacht, dadurch sich dann manche Müntz-Gelehrte verführen lassen / daß sie eine Schrifft darinnen suchen, auch wohl eben so glücklich finden und entdecken, als die Stern-Lehrer Löwen, Bären, Krebs und andere Thier, davon man eine Jagd anstellen könnte / in dem Himmel aufgetrieben haben.

q) Medii ævi seculorum postremum statuimus XV. idque cum Cl. *Cellario* in Histor. Univ.

a) Dn. *de Ludevvig*, l. c. p. 135. die Rosen und Creutze stehen auch gar offt allein auf den alten Teutschen Müntzen, u. s. w.

rus, de quo & supra, b) conspectis in numis quibusdam Bracteati imperialibus Rosis, Liliisque, non dubitavit Imperatorum, Imperiique Insignia, antequam Aquila biceps (qua de paulo post pluribus agemus,) allubesceret, Rosam statuere & Lilium; non castitatis modo & puritatis, sed & spei, fidei, innocentiæ, concordiæ, &c. (quæ virtutes & præclaræ animi dotes cumprimis decent Principem) signa & Hieroglyphica in paucis illustria. c) At vero nolim credere, aut adstruere, Rosam, aut Lilium proprium quondam Imperatorum in numis fuisse Insigne. Alia sane Armorum ratio moderna, alia ævi superioris, quo nemini non liberum, quodcunque libebat, in numis usurpare Insigne vel augere, vel mutare. Raro quippe *Reges, Principesque Viri in Insignium delatione*, scribit *Hæpingus*, d) *constantes fuere, sed, pro re nata & oblatis occasionibus, sæpissime auxerunt & mutarunt. Id quod & in Liliis contigisse res ipsa & Historia inclamant. Omnes enim Francorum Burgundionum, Austrasianorum, Germanorum, aliarumque ex Francico sanguine propagatarum Familiarum ac domuum Principes cyaneo in clypeo Liliis indefinito numero pro Insignibus usi fuerunt; donec tandem edicto Caroli, ejus nominis VI. antiquorum Insignium usus, abolitis innumeris Odonis floribus, hoc est, trium dundaxat Liliorum, rursum introductus fuerit, quem etiam alii regii stemmatis Principes imitati sunt.* Omitto alia Auctoris præclare dicta.

P 2 e) De

b) Conf. §. XVI.

c) Vid. *Hæpingus*, de Jure Insignium, c. VI. n. 419. sqq. Suffragatur *Schiltero* celeberr. Dn. *de Ludevvig*, öffters l. c. C. XI. § 4. p. 88. asserens, führen die Kayser auch eine Lilie / oder Oelzweig / als ein gewöhnliches Zeichen der Unschuld und einer unbefleckten Regierung. Hieraus muß man nun wiederum kein Geheimnus machen, als wenn solches Zeichen auf Henricum S. oder einen andern, der dessen Sinn gehabt, gehen müste: Dann, wie alle Kayser piissimi, invictissimi, Mehrer des Reichs / rc. heissen, u. s. w.

d) l. c. C. VI. n. 416.

e) De Liliis, Rosisque, Imperatorum ex gente Francorum Insignibus, pluribus præterea disserit plus vice simplici laudatus Dn. *Liebknecht*. f) Caputque æque ac lanceam imperatoris Ottonis Liliis ornatam in numo exhibet Cl. *Kettnerus*. g) At vero castitatis & innocentiæ isthæc Hieroglyphica, Lilia maxime, Episcopis etiam superioris ævi plerisque omnibus, nec non Abbatissis, in Insignibus & numis cordi fuisse constat, inque Bracteatis Lilia eos gestare quam sæpissime videas. Id quod tamen gratissimum olim Personis sacris Insigne sequiori ævo minus frequens, rariusque fieri consuevit. Noster sane, ὁ πάνυ, h) multum hac de re disceptat, & Historiola quadam antiqua de Cruce Episcoporum, quam gestant, Laico cuidam non insuavi visa, Liliisque in manibus Episcoporum non laborantibus, non nentibus, commemorata, non inscite tandem concludit: Warum aber die Bischöffe dieses alte, liebliche, tugendhaffte Amts-Zeichen (der Lilien) von 300. Jahr her abgeleget haben, da wüste ich fast keine Ursach auszudencken: es wäre dann, daß sie über der ersten Auslegung roth worden, die andere aber ihnen mißfallen hätte, so, daß sie lieber das Lilien-Zeichen weglassen. Conjecturam meam non facio. Quibus adeo de Rosis, Liliisque in Insignibus & Numis præmissis, minime sane vereor, celeberrimo
Fig. *Schiltero* duce & auspice, Fig. XXVII. & XXVIII. numos Ger-
XXVII. manorum Regibus & Imperatoribus tribuere & vindicare,
XXVIII. præsertim, cum & asserto faveat in veterum re numaria dijudicanda Princeps *Schlegelius*. i) At vero cui illorum? aut qui-

e) n. 4006. sqq. Conf. C. VI. n. 416.
f) Diss. Epistol. de Bracteatis Nummis Hassiacis §. XVI. p. 37.
g) In Diplom. Quedlinburg. Sec. X. n. 28. 29. Eundem etiam numum ob oculos ponit Ill. *Eccardus*, Nachricht von der Kayserl. und Königl. alten Salzburg, &c. p. 42.
h) d. l. p. 113. sq.
i) Differtat. d Num. Isenac. p. 11. sq.

quibus inquis? κοιτηνοῖς deficientibus idoneis, definire quippiam non audeo. Nec de ætate dictorum numorum certi quid habeo, inter Bracteatos antiquissimos locum eos habere, ob rationes supra expositas, persuasissimus. In margine numi Fig. XXVII. quæ occurrunt, Lilia Rosam ambientia, ad ornatum numi pertinere, si quis contenderit, B. *Heineccii* auctoritate k) suffultus, suffragium etiam meum haud difficulter obtinebit: distinguendum quippe inter flores per aream aut vacuam numi spatium sparsos; & inter fiores in ipsis armis delineatos, aut manibus gestatos: hos symbolicos esse, illos minime, assero. l) Et hujus quidem generis, Rosis, puta, speciosorum numorum Bractealium, sub initium hujus, quod agimus, Seculi in agris nostris confinibus, ad alterum à Weissenburgo Orientem versus lapidem, urnam plenissimam repertam fuisse, nemini non nostrum in recenti est memoria. At vero quamplurimos etiam extare, ais, numos Bracteales Episcopales, Liliis ornatos, Rosisque. Id ipsum & supra adstruximus. Sed & hoc adstruximus, non Rosis solum & Liliis, sed & Personis, seu imaginibus simul Episcopalibus, innocentiæ illa signa in manibus utplurimum gerentibus, adornatos esse, de quibus sermo nobis est, numos Episcopales; nostros autem, quos paulo ante exhibuimus, præter Rosas, Liliaque, nullam aliam simul exhibere figuram. Dum autem Bracteatis Imperialibus hosce nostros accenseo, dicam non scribo, qui cum viro quodam celeberrimo,

 rei-

k) In de Sigillis Syntagm. p. 105. Lilia, rotas, cruces, stellas, circulos ornamenti causa, ab artificibus male curiosis, ingeniosisque, adjecta esse, quis neget? Operam, credo, luderet, qui omnium flosculorum, stellarum, quadratorum, rhomborum, globulorum, Sphærularum allegoricas quasdam excogitare rationes vellet. Conf. *Schlegel*, Apotel. de Num. Hersfeld. §. XIX. p. 40. sq.

l) Verba sunt Cl. *Leyseri*, Comment. de Contrasigillis med. ævi, p. 18.

Fig. XXVIII. reique numariæ inter paucos peritissimo, quem Fig. XXVIII. exhibet numum, nescio qua ratione, *Lubecensibus* adscribere malunt. Nec me fugit, modernos etiamnum Lippensium Comitum numos rosam exhibere. Quid quod & Rosam in Insignibus exhibent Electores Saxoniæ, cum Ducibus Vinariensibus, m) Domini de Rosenberg & Arnberg, *Rosenhemium* item in Bavaria, &c. n) Nec, qui Liliis superbiunt, numos, omnes Argentoratenses dixerim.

§. LVIII.

E regno animalium sæpissime in Bracteatis occurrunt Leones & Aquilæ; E regno *Animalium*, & ex *quadrupedibus* quidem haud pauci de Bractealibus nostris *Leones* gerunt & *Ursos*; ex *Volatilibus* haud pauciores *Aquilas*. a) Numos Leonis, quadrupedum omnium regis, figura conspicuos Saxones suo jam tempore circumtulisse *Methodius*, qui circa A. 255. vixit, auctor est. b) Sed quis, nisi omnium rerum ignarus, ausit Bra-

Fig. XVII. cteatos nostros, quos Fig. XXII. exhibet, Seculo III. tribuere, cum Christianorum demum, eaque longe inferior, ætas, optimorum quorumvis Νομισματοφίλων consensu, c) eos genuerit,

m) Vid. *Hübneri* Staats-Zeitungs-Lex. Edit. Sept. sub fin. im Wappen-Register.

n) *Böckler* Art. Herald. p. 29. Conf. *Leyserus*, l. c.

a) Scite Dn. *de Ludevvig*, l. c. C. XI. §. 13. Die Löwen und Adler sind die gemeinsten Thiere, welche man auf Fürsten Münzen siehet. Gleichwoln hat man auch andere Arten von Thieren, wiewol selten darauf; als: Schwanen, Bären, Ochsen, u. s. w. & p. sq. Schweine, Wölffe und andere unreine Thiere, welche die Römer sehr auf ihren Müntzen in Gebrauch gehabt, trifft man auf den Teutschen Pfenningen nicht an. Ad quæ posteriora verba reponit Nobiliss. *Moserus*, l. c. p. 36. Man trifft solche wohl zuweilen an, aber selten: Dann so habe ich von denen Schwäbischen Grafen von Eberstein viele mit dem Eber gesehen.

b) Vid. Cl. *Vetterus* in Tac. Germ. C. V. p. 29. Conf. *Hoffmanni* Müntz Schlüssel, Lib. I. p. 114.

c) Conf. §. XXIX.

rit, pepereritque? Henricum potius Leonem ex Anglia d) A. 1167. reducem, Bracteatos Leonis figura insignes primum excudendos, & quidem copia haud mediocri, curasse, e) perhibent. Quæ & copia fecit, ut tantum non omnes Bracteatos Leonis Signo notatos *Brunsuicensibus* vindicare quidam sint ausi. Id quod tamen vitio ipsis vertit Noster ὁ κριτικώτατος daß aber die Müntz-Lehrer, inquiens, f) so bald sie einen Hohl-Pfennig mit einem Löwen sehen, sogleich auf Henricum, den Löwen, fallen, daran irren sie öffters. Causam etiam erroris docet; weilen scribens, das Zeichen dieses Thiers anzunehmen und zu führen, auch viele andere Teutsche Herren bewogen worden; & ea quidem de causa, quam & alibi tradit, g) & nos supra commemoravimus, quod Bracteales Leonini præ aliis probatæ notæ & commatis existimabantur, & in commerciis pergrati erant. Id quod & supra de numis Halensibus h) asseruimus. Num ergo Brunsvicensis ille noster Fig. XXII? Ita sane arbitratur rerum Brunsuicensium peritissimus æque ac felicissimus perscrutator, Ill. J. G. ab E. cujus vestigia qui presserit, haud sane facile ab orbita erraverit. Vidit ille numum &, quod scribo

d) Quo ob degradationem & ditionum privationem auctoritate Imperatoris (sunt verba *Hœpingi* de Jure Insign. C. VI. p. V. n. 740.) secesserat, indeque redux fulvos Leones, s. Leopardos duos, donum Richardi Regis, domum simul retulit.

e) B. *Leuckfeldius*, Antiqv. Nummar. Halberstad. p. 12. ad not. lit. C. cui adstipulatur celeberr. D. *Sam. Henr. Schmidius*, l. c. Conf. laudatus modo Dn. *de Ludewig* l. c. p. 216. ad lit. Z. Verba ejus huc facientia sunt: Die Goslarische mit ihren Heiligen, und die Braunschweigische mit den Löwen; sind in der Grösse eines Groschen (quæ magnitudo cum nostro Fig. XXII. plane eadem est.) sehr häuffig anzutreffen.

f) l. c. p. 134.

g) Ita autem noster. l. c. p. 216. daß in den alten Zeiten, u. s. w. Vid. supra §. LII. in not. lit. h)

h) §. LII.

ſcribo, ſentit. Sed & ætatem numi noſſe cupis & Seculum; Utrumque docet, quæ ἀγχίνοια ejus eſt, Vir ſummus, Imp. Ottoni IV. ex Brunſuicenſium Gente adeoque Sec. XIII. initio, numum adſcribens. At vero regeris, & inſtas: haud omnino videri probabile, numos antiquos Brunſuicenſes tot terrarum ſpatia emenſos ad noſtros usque fines penetraſſe, illis maxime temporibus, moribusque, quibus haud facile unius ditionis dominium alterius admiſiſſe conſtat pecuniam, & quæſtum non exiguum ex cambio petiiſſe; longe adeo majori probabilitate, in vicinia numorum noſtrorum imagine Leonis conſpicuorum patriam, & eam quidem Bohemiam, aſſeri. Quis enim eſt, qui neſciat, Hiſtoriarum æque ac Artis Heraldicæ, ſimul & antiquæ rei Bohemorum numariæ niſi plane ignarus, Bohemos in Inſignibus, adeoque in numis ſuis, Leonem, aquilæ ſubſtitutum, offerre oculis? i) Groſſi certe Bohemorum ſuperioribus ſeculis fabricati clare ſatis rem edocent, k) Probabilis conjectura eſt, non diffiteor. At bifida Leo Bohemicus Saliens cauda eſt, l) quod in noſtro haud diſtincte ſatis cognoſco. Eqvidem, ſi viciniam urges, & antiquam Bavariam Inſignia ſua Leonis, fortitudinis & roboris Symboli, effigie, olim ornaſſe Heraldicæ artis Doctores tradunt. m) Alios, eosque quamplurimos, Leonis in numis inſigni gaudentes, prætereo. n)

§. LIX.

i) Pulcrè rem exprimit celeberr. *Hæpingus*, de Jure Inſign. C. VI. §. II. n. 554. de novo (Sec. XII. ab Imp. Friderico I. regio axiomate ornato Uladiſlao,) Bohemiæ Regum Inſigni, Leone rubro, pluribus differens.

k) Et hujus generis Groſſus, cum Inſcriptione: *Wenceslaus Secundus*, in manibus noſtris eſt.

l) Conf. *Jovius*, in Elog. Vir. doctor. f. 16.

m) Vid. Ertels Bayeriſch. Atlant. P. I. XIII. Abſatz, p. m. 267.

n) Vid. *Hübnerus*, l. c. *Böckleri* Art. Herald. p. 104. Ubi lectacum-

§. LIX.

Quem Figura XXVI. oculis nostris sistit, numus Bracteatus, nonnullis, obiter eum intuentibus, agnum visus est re præsentare, cum signo crucis ad caput expresso; quo Symbolo agnus, qui tollit peccata mundi, ob oculos nobis poni solet. Mutones & Multones, *Deniers au Mouton*, Gallice, ejus generis numos adpellavit superius ævum. Sed lupi, aut ursi potius figura est. Quæ turpissima animalia in numis Germanorum, non æque ac veterum Romanorum, a) neutiquam conspici, ceu paulo ante diximus, Ill. Dn. *de Ludevvig* b) contendit, contrarium vero laudatus sæpe *Moserus*, c) imo & ipsa experientia in nostro, tuetur. Et quidni sequius hoc animalium genus in numis Germanorum admittatur, cum suppetant Insignia publica, quæ non lupos modo & ursos, sed & apros, canes, feles, vulpes, hircos, &c. exhibent? d) Ursi sane non unius Regis, Principis, Præsulis, Civitatisque Insignia ornant, augentque. e) Alios ut taceam, quis quæso, nescit Principes Anhaltinos Ursum gerere in Insignibus, numisque? *Ursi rarius.* Fig. XXVI.

Q Non

cumprimis digna verba sequentia: Nachdeme der Teutschen oder Alemann. Hercules, der XI. König, einen Löwen in seinen Fahnen geführet, als haben hernach zur Folge die Bayern, Gothen und Wenden den Löwen in ihren Wappen behalten, und auch die meiste Teutsche Fürsten solches Thier / als eine Abbildung eines dapffern Helden auf vielerley Weise unterschieden, und in ihren Wappen haben wollen.

a) Vid. *Hœpingus* l. c. c. VI. P. II. n. 93. sqq.
b) l. c. C. XI. §. 13. p. 135.
c) l. c. p. 56. Conf. §. anteced. not. ad lit. a)
d) Vid. *Böckleri*, Art. Herald: P. XVIII. p. 104. sqq.
e) Conf. *Hübneri* Staats-und Zeitungs-Lexic. sub finem des Wappen-Registers, ad voc. Bär. *Hoffmanni* Müntz-Schlüssel, P. I. pag. 235.

Non Pagus tantum Abbatiſcellenſis in Helvetiis, ſed & inclyta Bernatium Reſpublica, & Fani S. Galli Præſul, in Inſignibus habent Lycaoniam, ut cum Poëta loquar, iſtam beſtiam. f) At, cui inquis, numum hoc ſigno & cruce conſpicuum, tribuis? Anhaltinus ille Urſus, ſeu Urſa (cœleſtis enim an ſit Urſa, aut terreſtre animal, non attinet heic loci diſquirere,) cum corona in capite ſiſtitur oculis. Corona non ſuperbit noſter. Helvetiis adeo vindico numum, non quidem Abbatiſcellenſibus, nec Bernatibus, ſed Fano potius S. Galli, idque propterea, quod & ſacri numi Inſigne, crucem puta, ob oculos ponit viſentibus. g) At vero Fani S. Galli in Helvetiis mentione
Fig. XXX. facta, ὡς ἐν παρόδῳ oſtendiſſe juvat, numulum Fig. XXX. Abbatis dicti modo Fani eſſe ex imagini S. Galli adjectis literis S. G. non inſcite colligere virum quendam rei numariæ antiquæ peritiſſimum. Quo de minimi moduli numo alibi etiam diximus.

§. LX.

Frequentiſſima omnium Aquila. Fig. XVIII. XXV.

Ad Volatilia ut aliquando digrediar, inſtituti & ordinis noſtri ratio jubet. Exhibent Aves, & Aquilas quidem, ex noſtris numi complures; non niſi ſolitarias vero Fig. XVIII. & XXV. Aquila volucrum omnium regina & Princeps, adeoque, Homero interpretre,

βασιλήϊος ὄρνις – ὅς Διῒ αὐτῷ
φίλτατος οἰωνῶν, καὶ ὃ κράτος ἐστὶ μέγιστον, κ. τ. λ.

Quo duce & auſpice certiſſimam victoriam ſignificari; ſeu, ut *Curtius*, a) loquitur, haud dubium victoriæ auſpicium, (*Aqui-*

f) Ibid.

g) Numorum ſacrorum, i. e. Epiſcoporum, Abbatum. &c. nec non Monaſteriorum, crucis ſignum τεκμήριον eſſe & κριτήριον pluribus dicemus.

a) Hiſtor. Alex. M. Lib. IV. C. XV. §. 26. ſeq.

(*Aquila quippe hic honos datus est, ut magnarum rerum faceret auspicia,* b) Græcis æque ac Romanis jam olim fuit persuasum. Antiquissimis etiam temporibus summis Principibus cordi fuit & in deliciis Aquila, signis adeo & Insignibus intexenda, insculpenda & præferenda. De causis quod h.l. dicamus non est: dudum dixere alii. c) Quid adeo mirum, quod non in modernis modo, sed & in antiquis numismatibus Aquila conspiciatur quam frequentissime? Non attinet vero hic de numis Romanorum dicere aquila conspicuis, quod dudum fecere alii. In nostris quibusdam, Fig. puta XXV. XXXI. XXXII. quæ comparet Aquila, Venedorum est. d) Non unius vero, sed plerorumque omnium gentis diffusissimæ populorum Insigne quondam fuit Aquila. De Borussis, Polonis nec non Bohemis in aprico res est, & testatissima. e) Ad Venedos Marchias etiam Brandenburgicas pertinuisse, nullum certe profecto dubium. Hinc ad Principes Marchiarum Signum & Insi-

Fig. XXV XXXI. XXXII.

Q 2 gne

b) Ita *Seneca* Natur. Quæst. 2. 32.

c) Imprimis *Hœping*. de Jure Insign. l. c. n. 103. sqq *Bækler* l. c. P. XIX. p. 117. sqq. Der Adler ist unter dem Feder-Vieh der König, welcher mit strengen Augen die Sonne ansehen kan, seines Fangs niemals verfehlet, sich verjünget/ am höchsten fliegen kan/ und wird von den Vogelschauern jederzeit für ein Zeichen des zukünfftigen Siegs gehalten. Und weil Romulus auf den Aventino am ersten einen Adler gesehen, so hat er solches vor ein Glücks-Zeichen gehalten, derowegen allezeit einen Adler, an statt eines Hahnens vor den Kriegs-Heer vortragen lassen. u. s. w. Conf. Lexic. Histor. Univers. Basiliense Tom. I. f. 38. It. Acerr. Philol. T. I. p. 263. II. 629. & *Franzii* Histor. Animal. p. m. 320.

d) Vid. Dn. *de Ludevvig*, Reliqv. MSS. Tom. VII. p. 563. De Gente vero Venedorum, eorumque sedibus, vid. *Junckerus* Geogr. med. ævi, p. 122. sq. & p. 171. sqq. *Mascov*. Geschichte der Teutschen/ Lib. 5. II. n. 3.

e) Conf. *Hœping*. l. c. C. VI. n. 550. sq. Ubi & ratio Insignium redditur.

gne Aquilæ delatum. Sed quod notes, Aquila uniceps, expansis alis, pedibusque divaricatis. f) Et hac ipsa sacræ alitis figura est, quam in armis augustissimæ domus Brandenburgicæ & conspicamur, & deveneramur. g) Adprobavit adeo potius & ornavit, quam primum Seculo X. elargitus perhibetur, Marchiæ Brandenburgicæ Aquilam rubram seu sanguineam, Imperator Henricus Auceps. Brandenburgenses adeo numi sunt, quos Fig. XXV. XXXI. & XXXII. spectandos exhibent. Ejusdem commatis & generis sunt, quos in Sperlingianis h) Fig. XXXIII. XXXIV. & XXXV. oculis nostris sistunt. De quibus Cl. Auctor : i) *Sunt & mibi Brandenburgenses cum Aquila uno capite; primus insignis magnitudinis & purissimi argenti, facie ad dextram versa; Secundus etiam puri argenti minor, capite vero ad sinistram verso, in Gotlandia Insula quondam repertus.* Habet & Ill. Fridericianæ Cancellarius, k) quem cum nostro Fig. XXXI. conferas, ejusdemque Auctoris, temporis & Iconii dicas. Is ipse altero latere tres parmas, inque iis totidem Aquilas, (quæ clare satis in nostro non sunt expressæ,) & tres turres ob oculos ponit. Quemadmodum enim Marchiones Brandenburgici antiqui trium Marchiarum quondam fuere Principes, singulisque Marchiis Aquila, Insignium loco, debebatur : ita nullum sedet dubium, quin sub unius potestatem redactis Marchiis omnibus cum scutis & turribus Aquilæ etiam fuerint multiplicatæ. Quo minus vero Brandenburgenses esse, quos describimus, dubites, Inscriptionem in

f) Vid. *Aldrovandus*, Lib. I. Ornith. Til. Usus Aquil. in Insign. p. 96. & Lib. II. c. 2. p. 182.

g) Conf *Hœping.* l. c.

h) Epistol. de Num. Bract. Orig. & Progress. subjectis. Conf. Nov. Lit. Septentrionis ad A. 1700. M. Aug. p. 242. sq.

i) *Sperling.* l. c. p. 61.

k) Dn. *de Ludevvig*, Tom. VII. Reliqv. MSStorum, p. 563.

in margine intuere quæso, & ipsi oculi te convincent. Ætatem denique quod attinet, unilaterales ævo remotiori, bilaterales recentiori tribuo. Quod vero de Aquila Venedorum, adeoque Brandenburgica, differens Excellentissimus Dn. *de Ludevvig* ab Aquila Imperatorum ex Gente Brandenburgica Romanorum Imperii Insigne modernum, Aquilam bicipitem, traxisse originem adserit, l) altioris indagines rem esse arbitror. m)

§. LXI.

Aquila facie virginea ornata. Fig. XVIII.

Sed & alia in nostris comparet Aquila, quam exhibet Fig. XVIII. Ornata ea est capite & facie virginea, capillisque corona coërcitis. *Flavi* vero *coloris Aquilam* definiunt Heraldici Doctores, *caput facie virginis decorum, flavisque crinibus ornatum & coronatum.* a) Sed cujum, inquis signum hoc est & insigne? Nordgojæ Metropolis, Civitatis Norimbergensis, toto orbe celeberrimæ esse, idque antiquissimum, (quippe quod in cera rubra jam tum A. 1243. in diplomatibus, cum Perigraphe: *Sigillum Universitatis Civium de Nurnberc* conspicitur,) qui ignorat, aut dubitat, in Historia æque ac Arte Heraldica parum versatus videtur. Enimvero non unica hæc

 Aqui-

l) Adstruit autem & laudat assertum pluribus loco modo cit.

m) Multus est hac in re celeberrimus *Hœpingus* de Jure Insignium. At *Böckler*, l. c. p. 118. der Reichs-Adler hat 2. Köpff überkommen im 33. Jahr Kaysers Caroli M. Scitu multo adeoque lectu digniora, quæ hanc in rem collegerunt Lexici Histor. Univ. Basileensis Auctores, T. I. f. 38. sq. Add. G. S. *Treuneri* diss. de vera Orig. Aqu. Bicip. Imp. Rom. Germ. C. IV. Ubi Cl. Auctor totus in eo est, ut celeberr. *Ludevvigii* hoc assertum examinet, destinat. Conf. Per Ill. *Ebneri* Thes. supra laudat. n. XXVII.

a) Vid. Thurnier-Buchs Register, p. 102. Conf. *Gilmann.* Tom. III. Symph. voc. Civit. Imp. & plures, quos allegat *Hœping.* l. c. n. 1056.

Aquila est, unicumque Insigne, quo gaudet Illustris Respublica, uti celeberrimus *Wagenseilius*, b) nec non politissimus *Merianus*, c) (ut de numis taceam & inscriptionibus, quæ extant,) luculenter id docent, & sub initium, quod agimus, Seculi Cl. *Sperlingius* d) & numis & docta commentatione reddidit testatum. Sed & præter eam, quam descripsimus paulo ante Aquilam, & numus noster exhibet, simul & alias easque diversas figuras, e) placuisse olim, & etiamnum non displicere, docta

b) In Tab. quadam Commentationi de S. Rom. Imp. Lib. Civit. Norimberga præfixa.

c) In Descript. Civit. Norimberg. Topograph. Franc. f. 65. ubi junctim Aquilæ Norimbergenses oculis in Tabula sistuntur.

d Epistol. de Ortu & Progressu Nummor. Bracteat. p. 60. Verba Cl. Auctoris sunt: *Et quanquam verum sit, hodie Insignia Civitatis Norimbergensis duplicem Aquilam non referre, sed dimidiam saltem cum tribus fluviis adjunctis: reperi tamen alia ejus Urbis Insignia aliquando obtinuisse, ut Aquila cum virginea facie, & Aquilam bicipitem nigram, &c.* De quo Cl. Auctoris assertis quid habendum, ex dicendis patebit.

e) E quibus Aquila simplex in cera flavida, seu lutea, Sigillum judicii habetur; quæ tamen haud raro in monumentis publicis biceps etiam exprimitur; dimidiata cum tribus fluviis limitaneis Contrasigilli vicem potissimum subeunte. Qua de re pulcre non nemo: Wegen des Nürnbergischen Wappens ist zu gedencken / daß das allerälteste der Adler, mit der gecrönten Jungfrau Haupt seye; welcher auf rothen Wachs an einem Diplomate schon A. 1243. gefunden wird, mit der Umschrifft: *Sigillum Universitatis Civium de Nurenberg.* Der einfache Adler auf gelben Wachs, war das Sigillum judicii. Das mit den halben Adler, und denen 3. Gränz-Wassern, als der Regnitz, Schwartzach und Schwabach (dann die Pegnitz, welche fast zwischen solchen fliesset / und in den alten Documentis *Pagancia* genennet wird, darzu nicht gehöret) ist um das Contrasigillum von den ersten. Welche 3. Wappen, ausser, daß nach der Hand öffters in den monumentis, statt des einfachen / ein doppelter Adler gemacht worden, in Gebrauch sind.

cta illa Artificis manus, cui, qui haud ita pridem prodiit, *Conspectum Illuminationis*, qua Ædificium urbis publicum, die Schau, vulgo dictum, in honorem Sereniss. Archiducis Austriæ, Belgium cum peteret, collustratum, atque Emblematibus & Inscriptionibus ornatum fuit, debemus, testatur, adscripto lemmate: *& tales Aquilas Noris veneratur & ornat.* Sed differre, ais, quam numus noster & laudatus exhibet Conspectus, Aquilam. Elegantia, cujus studiosius multo nostrum, quam superius ævum, non re ipsa, si penitius rem inspexeris à nostra differt antiquiori minus contra, elegantior illa nova Corporis proportionem, membrorumque inter se partium, non observavit rudis in arte sculpendi & inculta Antiquitas. Hinc ex collo alas, ex pectore pedes, prodire videas, pinnas vero à cauda nullas, aut perquam exiguas. Causam vero nosse si cupis faciei virgineæ, & δυσμορφίας formæ rationem, reperire adhuc se nequivisse confitetur *Hæpingus*. f) Ast reperit ludente *Heidfeldio*, g) cum ἱστορικωτάτῳ *Wagenseilio* suo Perillustr. *Ebnerus*, h) scite, & ita quidem hac de re scribens: i) *In Monte, qui Urbi Noribergensi imminet, Arx est munitissima, - - . Hac Arx Henrici V. vim elusit, nec ab eo, cum reliqua urbe, in potestatem redigi potuit. Quia igitur* intemerata & inviolata *tum manserat, (sed nec postea vitium quis ei intulit) concessum ab Imperatoribus privilegium, ut inter Insignia etiam* Aquilam *explicatam* Virginis formosæ corona aurea redimito capite decoram, *ostentare posset. Hac enim vera & genuina Insignium illorum est ratio: & apage ineptum putidumque Johannis Heidfeldii in Sphinge commentum, quo vigilans somniavit* Imperatorem quendam Aquilam virgineo deformatam capite Urbi No-

f) l. c. n. 1056.
g) In Sphing. Theol. Phil. c. XVII. p. 532.
h) In laud. Thesib. Miscell. n. LXXII.
i) l. c.

Norimbergensi in signum & monimentum dedisse, quia fœminæ maritis essent imperiosæ & andromachæ; viri autem uxoriæ potestati parerent. Quo & spectat, quod laudatus *Hæpingus* k) ineptiis Heidfeldii opponit, *quod si ita esset*, commentans, *idem de utraque Roma, mundi capitibus, citra tamen verum, dicendum foret, quod caput mulieris galeatum cum sceptro, vel hasta præferant. &c.* Nec silentio hic prætereundum, Principes etiam Frisiæ Orientalis Aquilam ostentare in Insignibus, Norimbergensi in facie fœminea quam simillimam. l) Finio verbis Dn. *de Ludewig*, generatim de multifaria Aquilæ in Insignibus μεταμορφώσει, seu figura, non inscite differentis. Viele inquit ille, m) haben ein sonderliches Vergnügen in dem Adler gesuchet; welchen dann die Kayser ihnen gar gerne zugetheilet haben: weil sie ihnen durch solches Zeichen ein immerwährendes Denckmahl ihrer Schuldigkeit gegen sie beylegen wollen. Dahero pergit ille. n) man sich nicht wundern darff, warum man mit Verleihung des Adlers bey den Städten, die hierunter eine Ehre gesuchet, so freygebig, und fast verschwenderisch damit umgegangen ist. Da hingegen das Römische und Griechische Reich solches Zeichen niemand, als den Residentz-Städten zulegen wollen. Weilen aber gleichwolen jede Stadt ihren Adler von der andern seinen unterscheiden wollen: So sind so viele abentheurliche Stellungen, Bildungen, Abtheilungen, Zerstückungen und Farben der Adler aufgekommen, daß man wohl von dieses Thieres Metamorphosi Heraldica gantze grosse Bücher zusammen bringen könnte. u. s. w. o)

§. LXII.

k) l. c. Conf. *Pancirollus*, Lib. I. var. Lection. c. 18.

l) Vid. præter *Hæpingum*, General. Herald. Staats-Calender, A. 1720. Contin. p. m. 36.

m) Introduct. in rem numar. Germ. med. ævi, p. 133.

n) In Not. ad lit. a.

o) Conf. *Aldrovandus*, l. c. *Bæckler*, l. c. p. 117. sqq. & inprimis *Hæpingus*, l. c. C. VI. P. II. n. 93. sqq.

§. LXII.

Et hæc quidem de Numis nostris, uno, eoque solitario, è regno vegetabilium æque ac animalium brutorum, nec non rerum artificialium petito ac numis imprimi solito, &, una quidem maximam partem latere, notatis signo. Reliqui vero tantum non omnes Personas exhibent, quibus & ipsis sua Insignia & varii Generis ornamenta, è classe partim rerum artificialium, earumque cumprimis sacrarum, vegetabilium etiam & animalium, adjecta sunt & adscripta. Ut vero Bracteales omnes, ratione causæ efficientis principalis, non inscite distinguit Excellentissimus Dn. *de Ludevvig* a) in Numos *Imperatorios, Ducales, Episcopales, Principum, Comitum, Abbatum* atque *Abbatissarum*, & denique *Monasteriorum* atque *Civitatum*, & earum quidem cum *Imperialium*, tum *Provincialium* & municipalium; Ita in nostris vulgarem attendere juverit distinctionem, qua eos distinguimus & dispescimus in Numos *sacros* & *seculares*; quorum illos Personis tribuimus sacris, i.e. Episcopis, Abbatibus, Monasteriis, &c. hos vero Secularibus, Imperatoribus, Ducibus, Principibus & Civitatibus; &c. b)

a) Præfat. ad Tom. III. Reliq. MSS. §. 5. p. 13. Conf. Ej. Einleitung in das Müntz-Wesen mittlerer Zeiten, C. ult. von den Hällischen Bracteatis, §. 1. p. 258. ubi celeberr. Auctor numos omnes distinguit in Kayserl. Chur-oder Alt-Fürstlich, Neu-Fürstlich, Ertz-Bischöfflich/ Bischöfflich, Abtheylich, Gräflich, Reichs-Städtische und Lands-Städtische.

b) Conf. *Olearii* Specimen universæ rei Nummariæ, Sect. II. §. 4. §. 7. Isagog. in Numophyl. Bract. C. III. Sect. III. §. sqq. p. 18. sq. & C. IV. Sect. I. §. 1. sq. p. 22. sq.

§. LXIII.

De Numis sacris, seu Personarum Ecclesiasti-carum; quos inter locum primum meretur Episcopalis.

Fig. III.

Sacer adeo numus est & inprimis conspicuus, quem Fig. III. nobis exhibet. Argenti puritate & eleganti cavitate plerisque antecellit aliis. At figura impressa ea est, ut monstrum verius hominis, quam hominem adpelles. Crura, seu pedes, ex thorace potius, quam ex sveto corporis loco prodeunt. Situs corporis sedentis magis est, quam stantis; cumque caput alteram fere lateris signati partem occupet, qui aliter fieri potest, cum totum corpus humanum in scenam producere voluerit infelix artifex, quam ut reliquis corporis partibus, ob spatii angustiam omnis adimeretur proportio? Deastrum adeo & Priapum, viso numo, figuram inconditam, quod & alibi diximus, salutavit vulgus. At vero Episcopi Figuram esse Insignia in capite, manibusque docent. Caput vittatum est; aut mitram potius, quam & tiaram, cidarimque dicunt, gestat. Mitra autem ornamentum reverendi capitis est, duo habens cornua; quæ parva & depressa (qualia & in nostris conspiciuntur compluribus) antiquiori visuntur ævo, sequiori altiora & fastigiata magis, adeoque splendidiora. a) Quid vero Mitræ Episcopales sibi velint, eleganter do-

Mitra biceps quid sibi velit?

a) Vid. *Schlegel.* de Num. Abbat. Hersfeld. §. IX. p. 14. Add. Ceremon. Episc. Lib. I. c. 17. Vernacula rem exprimit B. *Lenckfeld.* Antiqv. Nummar. Halberstad. anfänglich, scribens, waren die Bischoffs-Mützen noch niedrig und klein, die aber mit der Zeit höher und splendider worden. Nec deest rei describendæ Dn. *de Ludevvig*, in seiner Einleitung in das Teutsche Müntz-Wesen, mittlerer Zeiten. C. IX. p. 108. commentans: Es sind auch alle Bischöffe auf dem Haupt bedeckt: Dann die Kahl-Köpffe Petri und Pauli kommen viel zu bettelhafft vor, als daß sie selbigen hierinnen nachfolgen sollen. rc. Solche Haupt-Decke ist unterschiedlich / die gemeinste wird einer Schiffs-Mütze, welche sich vielleicht von Petro herschreiben solle, die in die qveer stehet, gleich, und gehet oben zweyzinckige empor.

docent, quæ sequuntur, verba: *Scientiam utriusque Testamenti, novi & veteris, capitis sui ornamentum esse, inde Episcopus agnoscat, & aliquo modo metuendus populo videatur:* b) *quemadmodum legimus, Mosen acceptis Tabulis, quibus mandata Dei inscripta erant, visum suis cornutum.* c) Sed & gemmis, unionibus ac pretiosis lapidibus ornatas, laminisque aureis, argenteisve distinctas inferiori ævo sæpe conspicimus mitras. d) Simplicior, adeoque antiquior multo Præsulis in nostro numo tiara est. Est & in numis Fig. XV. X. item, & IX. Fastigiatis, splendidioribusque accensenda Fig. XLVI. Circellos duos, quos in utroque mitræ cornu numi Fig. III. observamus, gemmas dicere haud ausim, simplicitate pariter & antiquitate numi motus. Mitram sive cidarim bicornem fastigiatam, Fig. XLVI. proprium olim Episcoporum Abbatumque Anglicanorum ornatum extitisse, auctor est *Schlegelius.* e) Sed & mox quos-

Fig. XV. Fig. XLV

Fig. XLVI.

empor. Andere aber spitzen sie oben in ein Horn zu. &c. Conf. Fig. XLIII. Add. *Heineccius*, in Syntagm. de Sigillis, c. XIII. §. 4. p. 152. Fig. XLII.

b) Verba, quibus in Consecrat. inter alia Reverendis Præsulibus acclamabatur, erant: *Imponimus, Domine, Capiti hujus Antistitis galeam munitionis & salutis – quatenus cornibus utriusque testamenti terribilis appareat veritatis adversariis. &c.* Conf. *Schmeizelius*, ὁ ἰς ριμάτατ@. Comment. de Coronis, C. IV. p. 203. sq.

c) Vid. *Car. Paschal.* Lib. X. Coronar. C. IV. obiter, de Cornibus, cornutisque vultibus, verba dum facio, commemorare liceat, Numorum Alexandri M. κριτήριον esse cornua, eaque incurvata; ipsumque Alexandrum Arabibus in ipsorum lingua *bicornem* dici Jovis Ammonis Filium agnitum. Conf. Commentatores in Hist. Alex. M.

d) De Ferdinandi Catholici, Hispan. Regis Conjuge Isabella, memoriæ prodidit Auctor der curieusen Eva, XVI. Assembl. p. 955. quod mitras aureas Episcopales fieri jusserit. Quod vero plerique aurei numi, Alexandri M. imagine insigniti, non ipsius ævo cusi sint, sed

quosdam nobiliores in Germania Abbates, favore Pontificum, hoc Insigni fuisse gavisos constat. *Mitras* quippe *apud Germanos ab initio Abbates habebant omnino nullas; dein parvas depressasque, postmodum vero altiores atque fastigiatas, margaritis auro gemmisque florentes.* Sunt verba nostri *Schlegelii.* f)

§. LXIV.

Numi Bracteati Praesulum signum Crucis in manibus ipsorum utplurimum exhibent. Fig. III.

Sed & quæ in manibus gestat Sanctus Numi Fig. III. Præsul. Insignia accuratius inspicienda sunt. Gestat autem dextra manu Crucem; lituum, seu pedum pastorale, idque incurvum, sinistra. Crucem in Armis, inque Insignibus & numis, gerere, antiquissimis etiam temporibus in usu fuisse, nemo forte est inter eruditos, qui nesciat. Et gentiles, Germanos maxime nostros, signo crucis cumprimis fuisse usos, antiqua apud nos marmora docet. a) In Christianismo, profligato gentilismo, in sacris æque ac profanis rebus, signum crucis adhibere passim invaluit. In armis cumprimis & signis militaribus frequentissime conspicitur: b) ne videlicet nihil, nisi quod Christianum, redolerent Christiani. c) Et quid adeo mirum, quod & mox in summorum Principum non Insignia d) modo

sed plurimi eorum gloriæ ejus æmulo, Imp. Alexandro Severo, provenerint, è *Lampridio*, præter *Stradam*, Patrem, in Vitis Impp. nos docet cum *Wagenseilio* Perillustr. *Ebnerus* l. c. LXII. Add. quæ de Cornibus in Insignibus is ipse observat, n. XXIII.

e) l. c.

f) l. c. p. 14'31.

a) Vid. Wægemanni nostri Druiden-Fuß/ c. V. n. 24.

b) Conf. *Hœping.* de Jure Insign. c. IX. n. 372. seqq.

c) *Forcat* Lib. VI. de Gall. Imp. p. 808. apud *Hœping.*

d) Huc pertinet Crux in pectore Aquilæ Cæsareæ, ut quæ Cæsarem Christianæ fidei tutorem & Advocatum, arguat. *Hœping.* C. VI. n. 348. de Numis Caroli M. vid. *Hoffmann.* Müntz-Schlüssel, P. I. p. 124. Conf.

do, sed & numos transferri cœperit signum crucis? e) Sacræ vero maxime Personæ eo delectari, mox & distingui, cœperunt, eoque etiam scuta sua adornare gestierunt, ut esset, (quod de Cruce in manibus Abbatissæ Quedlinburgensis, S. Agnesæ scribit celeberrimus *Kettnerus,* f) quo de Salvatore suo crucifixo nullo non tempore & occasione admonerentur. Quod primum, idque adeo perquam laudabile primi ævi institutum fuit. Sequiori ævo *Crux potius erat consuetudinis, quam devotionis res:* (inquit *Schlegelius,* g) *in manibus semper Clericorum Crux: eam præferebant: ecclesias ædificaturi in terram defigebant: eam assuebant: crucem inscribebant, crucem osculandam populo dabant: cruce maximam sibi venerationem conciliabant: crucem per benedictionem semper formabant: crucem in funeribus magnatum erigebant,* h) &c. Verbo: nihil auspicatum putabatur, nisi cruce præmissa, aut appicta, aut insculpta. i)

§. LXV.

At vero non eodem semper modo ceu in Insignibus, ita & in numis figura Crucis formata conspicitur & figurata. Mille occur- *Baculi cruciati in Bracteatis ratio.*

Conf. Monument. nostrum Slavo - Russicum, f. Slavonisch-Russisches Heiligthum mitten in Teutschland, p. 35. sq.

e) Vid. *Schlegel.* de Num. Abbat. Hersfeld. p. 18. n. c. Primum autem in area numorum insculpi cœpit Christianorum Impp. temporibus. Et Caroli Calvi extat mandatum, ut in denariis novæ monetæ ex una parte nomen ejus habeatur in gyro, & in medio nominis monogramma; ex altera vero parte nomen Civitatis, & *in medio Crux habeatur.* Ex medio dehinc sequiori ævo migravit in initium Inscriptionis.

f) In Histor. Quedlimburg. p. 285. Conf. *Olear.* in Anastasi p. 48. idem Agnesæ, p. 14.

g) l. c. p. 84.

h) En! Originem signi Crucis in sepulcris defunctorum.

i) Id. differt. de Nummis Isenac, p. 13. sq. Conf. *Cangius,* Glossar. Latin. med. & inf. Tom. I. fol. 1392. sqq.

occurrunt metamorphoses. a) Quæ baculo infixa, aut formata in baculo, frequentissime in numis conspicitur Episcopalibus. Utplurimum manu dextra gestant & præferunt Personæ sacræ, aut præferri sibi curant. Et hujus quidem formæ Baculus cruciatus est in numo nostro. Creutz-Stab vulgo adpellant. b) Ejus generis baculos gestare nulli non Episcoporum promiscue olim licuisse ferunt, ut signum & Insigne officii, quo fungerentur, sacri. Id quod tamen sequiori ævo, non nisi paucis, iisque Archi-Episcopis, Primatibus & Legatis à latere, quibus summus Pontifex favebat, concessum novimus. c) Parum quippe fuerat, hoc insigne in annulis gestare; nec satis, in Insignibus & numis exprimere: in pompa etiam & Processionibus publicis crucem sibi præferri curabant, ac laudi ducebant mitrati isti Patres; idque sibi non minus licere existimabant, ac summis Principibus secularibus sceptra, gladii, fasces

a) Vid. præter *Hæping. Böckleri* Art. Herald. p. 10. Conf. Neue Acerr. Philol. Tom. II. p. 152.

b) Conf. *Leuckfeld.* Antiqv. Nummar. Halberstad. §. XXXV.

c) Vid. modo laudatus *Cangius.* seu *du Fresne*, l. c. f. 1393. It. Dn. *de Ludevvig*, l. c. p. 111. qui ita hac de re scribit: Ferner ist dieses sonderlich zu mercken / daß viele Bischöffe entweder mit Weglassung, oder Beybehaltung des Bischoffs-Stabs auch einen Creutz-Stab meistens in der rechten Hand halten. Welcher Rüst-Zeug vielen Dingen ein Liecht giebt. Denn Anfangs siehet man daraus, daß jedem Bischoff vergönnet gewesen/ einen Creutz-Stab zu führen, oder sich selbigen, als ein Amts-Zeichen, vortragen zu lassen; biß ihnen die Päbste solche Freyheit genommen, und selbige allein etlichen Bischöffen, Primaten und Gesandten von der Rechten Seiten zugelassen haben. Nachgehends erkennet dardurch ein jeder, daß der Schäfer-Stab und Creutz-Stab einerley bedeuten, und einerley Würckung gehabt haben/ und von den Bischöffen bald dieses/ bald jenes, nach eigenen Gefallen, als Nachfolgern des Ertz-Hirten Christi gebrauchet worden 2c.

fasces, &c. præferuntur, in publicum cum prodeunt. d) Quid? quod ex his medii ævi moribus in nostram quoque Ecclesiam consuetudo devenit, ut in Processionibus publicis, quibus Clerus interest, etiamnum crux præferatur. e) Nec memoratu, ὡς ἐν παρόδῳ, quod narro, h. l. indignum, tempore Imp. Friderici I. consuetudinem fuisse, ut ad tribunal Imperatoris in causa justa pergentibus Signum Crucis præferretur. f)

§. LXVI.

De Lituis Episcoporum, seu Baculis pastoralibus, in Bracteatis nostris.

Lituos i. e. (Tullio interprete a) incurvos & leviter à summo inflexos bacillos (quos cum vulgo vernacule Bischoffs-Stäbe adpellamus,) manibus gestare Augures quondam apud Romanos consuevisse, in propatulo est. b) Augurii adeo Insigne olim lituus. c) Tale quidpiam, aut pedum d) potius, in manu sinistra Præsul gerit, numi, quem exhi-

d) Dn. *de Ludewig* l. c. in not. daß aber jetzo die Päbste einen Staat daraus machen, solches bestehet in einer übeln Nachfolge weltlicher Herren; Wie die Römer die Regierungs-Stäbe, die Griechische Stadthalter in Ravenna das Creutz/ die Reichs-Fürsten ein blosses zweyschneidig Schwerdt, zum Zeichen ihrer Gewalt/ wann sie ausgegangen, sich vortragen lassen.

e) Id. Wie noch jetzo das Creutz in der Protestirenden Leich-Begängnüssen vorgetragen wird. &c. Aliter sentit Auctor Acerræ Philolog. Novæ, Tom. I. P. I. p. 10. & ad imagines & arma veterum gentilitia in funeribus Nobilium præferri solita ritum istum refert.

f) Vid. Ill. *Falckensteinii* Prodrom. Chronici Eichstad. Lib. II. C. XXVI. §. 4.

a) Lib. de Divinat. 17.

b) *Hederich* gelehrtes Lexic. p. 480.

c) Conf. *Fabri* Thes. Erud. Schol. f. 1317.

d) Pedum, ein Hirten-Stab/ unde nomen habeat, disquiritur. Sed, quis

Fig. III. exhibemus, Fig. III. Instituti vero nostri ratio non est, ut originem Baculi hujus pastoralis prolixe inquiramus, utpote quam pluribus explicatam dedit Cl. *Hœpingus*. e) Nec est, quod dubium moveamus, & quæramus, num Archiepiscopis, aut Episcopis tantum, quod multis Pastoribus & gregibus præsunt, & non æque omnibus Ecclesiæ Antistitibus, Doctoribusve, debeatur Baculus pastoralis? f) Quam Quæstionem *Jo. Goropius* g) urget. h) Rem potius intuemur & figuram. Simplicissimum olim fuisse Baculum, vides, in quo nihil ornamenti, nihil elegantiæ, nihil ramorum notes, quodque nec sedentis quidem superat caput; ligneum præterea, & symbolum adeo paupertatis, ceu ex sacris æque, i) ac profanis patet scri-

quis dubitet, à Pedibus dici pecudum, ut qui ejusmodi baculo incurvo comprehendantur, detineantur. Vid. *Hœping*. Lib. cit. C. II. n. 386. sqq.

e) C. II. n. 387.

f) Sunt, qui Baculum pastoralem non sacrum modo Scipionem, sed & Virgam (ad imitationem procul dubio virga Mosis & Aaaronis,) dicunt pastoralem; quam tamen à pedo distinguunt alii, virgam ut Signum castigationis & disciplinæ, baculum vero ut Hieroglyphicam notationem consolationis, auxilii, sustentationis nec non defensionis intuentes. Vid. Cl. *Schlegelius* de Num. Abbat. Hersfeld. §. XI. p. 16. Hinc *Alcuinus* ad Edilhardum Archiepiscopum (apud laudatum *Schlegelium*) *Virgam accepisti pastoralem & baculum consolationis fraternæ: illam ad regendum: istum ad consolandum, ut mœrentes consolationem habeant in te & contumaces correctionem sentiant per te*. Conf. B. *Schmidii* Lex. Eccles. P. I. p. 81.

g) Lib. III. Hieroglyph. p. 143.

h) Conf. toties laudatus *Schlegel*. in not. ad lit. yy.

i) Patriarchæ Jacobi pia vox & confessio, *cum baculo se Jordanem transiisse*, i. e. pauperem & absque comitatu, huc facit.

ſcriptis. k) Sed quantum à D. Petri baculo, l) (quo Trevirenſis Eccleſia gaudere dicitur, quanquam & Colonienſis Archiepiſcopatus m) eum ſe habere contendit,) modernorum Epiſcoporum Pedum Paſtorale differat, *B. Schmidius* n) nec non *Schlegelius*, o) ut & noſter *de Ludewig* p) ſcite docent. Antiquitatem vero quod attinet numi noſtri Bracteati, quin ex antiquiſſimis ille ſit, nullus dubito. Simplicitas certe, ruditasque fabricæ, nec non argenti puritas luculenter ſatis rem innuit. Vix enim verius in re nummaria effatum: quo quid ſimplicius, eo etiam antiquius. At, quis cuderit numum, aut cudi

k) Hoc ſenſu Germani Baculum egeſtatis, pro mendicitate, i. e. miſerabilili mendicantium conditione, uſurpant. Vid. *Stuckius*, Lib. II. Ant. Conviv. c. V. p. 147. & qui hunc allegat, *Hœping*. l. c. n. 394. Sec. vero IX. Abbates adhuc pedum ligneum geſtaſſe, Annales loquuntur. *Papebrochius* in de Epiſc. Mediolan. p. 70. Tom. VII. Act. SS. M. Maji.

l) Θαυματούργῳ hoc D. Petri baculo B. Maternum per SS. Valerium & Eutachium, juſſu D. Petri à mortuis ſuſcitatum fuiſſe, *Albertus*, Abb. Stadenſis in Chron. p. 40. fuſe commemorat.

m) Heiligen-Lexicon, p. 1701.

n) In Diſſert. de Baculo Paſtorali.

o) l. c. p. 16.

p) l. c. C. XI. p. 110. Ita vero ille: Ihren Händen / nemlich der Biſchöffe, legen ſie allerhand Gezeuge zu. Das gemeinſte iſt der gekrümmte Schäfer- oder Biſchoffs-Stab. Damit ſich aber dieſes Gleichnus verliehren möchte, ſo haben ſie die Krümme deſſelben mit allerhand Schnirckeln gezieret, auch mit Edelgeſteinen beſetzet, daß ſolchen wohl kein Schäfer-Knecht mehr kennen, oder für ſeinen Werckzeug halten ſollte. Dieſes werde ich auch gewahr, daß die Schaafs-Stäbe länger ſind / als der Knecht und Hirte ſelbſten: ſelbige hingegen auf den Hohl-Pfenningen abgekürtzet, und alſo heraus kommen, daß man ſie ehender vor ein Königlich Scepter, deſſen Gleichnus ohne Zweiffel angenehmer, als das erſte geſchienen, anſehen möchte. rc.

S

cudi juſſerit? quæris. Λίαν μέγα αἴτημα, cum ἄγραφος numus, & Inſignia cum aliis numis Epiſcopalibus fere communia. Quid, ſi Epiſcopis Aureatenſibus tribuamus dictum numum, meliora dum edoceamur? Non una certe, id ut adſtruam, ſuppetit ratio. Aureatum Epiſcopalis Eichſtadienſis ſedes, in Noricis, adeoque in vicinia eſt. At, qui, quæſo, frequentiores numi, primo cumprimis (id quod & ſupra diximus) Bractealium ævo, quam, quos terra patria, & quæ in confiniis eſt, peperit? Viri præterea hujus generis rerum peritiſſimi non habent, quod objiciant; ſuffragantur potius, idemque mecum ſentiunt. Signa præterea & κριτήρια fruſtra quæſiveris, quæ Moguntinos, Herbipolitanos, alios, potius eſſe, quam Eichſtadienſes, hujus commatis numos probent. Adde, quod teſte Ill. *Falckenſteinio* q) Seculo jam tum IX. Erchanboldus, IX. Epiſcoporum Aureatenſium, ab Imp. Ludovico IV. jus cudendi monetam impetraſſe dicitur. r)

§. LXVII.

q) In ſeinem Entwurff ſeiner Eichſtädtiſchen Chronic, in vita Erchenboldi.

r) Epiſcoporum Aureatenſium mentione facta, non poſſum non (quod ὡς ἐν παρόδῳ commemoro,) confiteri, quod cum legerim de Conſecratione D. Willibaldi, primi Epiſcopi Eyſtettenſis, Auctorum de tempore & loco diverſas ſententias, *Gretſero* in Commentariis ſuis de Epiſcop. Eyſtettenſ. C. XII. p. 211. An. Chr. 746. *Herm.* denique *Contracto*, in Chron. A. 746. urgentibus; in loco autem deſignando, *Mabillonio*, in Act. SS. Sec. III. p. 390. neſcio, quod *Seeburg* fingente, *Caſp. Sagittario* in Antiqv. Gentiliſmi & Chriſtianiſmi Thuringici, C. XVIII. p. 260. hæſitante, plerisque vero omnibus Salburgum, (quod & Sallpurg, it. Sultzberg ꝛc. ſcribunt,) ad dextram Salæ Thuringicæ ripam (unter der Stadt Hoff hinunter / am rechten Ufer der Thüringiſchen Saale, uti loquitur Ill. *Eccardus* in ſeiner gründlichen Nachricht von der Kayſerl. und Königlichen alten Saltzburg, und dem Pallaſte Saltz in Francken/ p. 21.)

§. LXVII.

Quos Fig. XI. & XII. numos exhibent, haud plane absimiles sunt prioribus: & ipsi quippe Personas exhibent, aut potius Personarum capita cum pectore, manibusque; quarum altera vero, dextra puta, gladium (illæ) gestant. De Cruce & baculo, quod dicamus non est, cum, quæ de iis dici debeant, & possint, §. antecedente dicta sint. Diximus autem Episcoporum Insigne communissimum esse baculum, seu Pedum Pastorale. Id quod & de Cruce diximus, quæ baculo præfertur; & eam nempe signum esse Præsulum & Antesignanorum in sacris. Hinc sane, quod Fig. XI. & XII. numos attinet, crucem in baculo si spectes, Præsulis cujusdam dixeris numos: at gladium strictum, seu spatam, a) in altera manu, si conspexeris, Principis cujusdam secularis numismata judicaveris: Gladium quippe gerere, eundemque in Insignibus & numis ostentare, Principum secularium est, ac supremæ potestatis temporalis, & juris gladii signum luculentissimum. b) Dubium

De Gladio in numis Præsulum. Fig. XI. XII.

p. 21.) locum Consecrationis statuentibus; non nisi ea mihi probetur sententia, quæ modo laudato summo Viro *Eccardo*, l. c. placuit: annum videlicet Inaugurationis, seu Consecrationis, nullum esse alium, quam 741, diem vero 22. Oct. Locum, quod attinet *Salpurg*, cum eodem definimus Saltzburg, (quod & Villam Seltz adpellant) ad Salam Francorum (der Fränckischen Saale) situm. Qui tractus quin & ipse circa id temporis ad Thuringiam relatus fuerit, nullus dubitat celeberrimus Auctor. Quid? quod ad Danubium usque Thuringiam aliquando pertigisse statuit, l. c. §. XXIX. p. 53. sq.

a) De Spata, seu gladio, ex utraque parte acuto, Vid. *Schlegelius* in de Nummis Abb. Hersfeld. §. XXX. p. 31.

b) Gladius strictus signum est majestatis & datæ à Deo summæ in terra tum oppressos tuendi, tum noxios plectendi potestatis. Ita modo dictus *Schlegel.* l. c. p. 52.

bium adeo Ecclesiasticæ ne, an seculari Personæ ac Principi tribuamus dictos numulos nostros. Equidem Monasterienses Episcopos in Insignibus suis gladium olim gessisse non ignoro. Ludgerus certe Frisius, *Wolfio* c) teste, *forte sua non contentus, voluit etiam haud minore potentia Respublicas hoc in mundo gubernare; idque ut omnino lippis & tonsoribus innotesceret, in Insignibus suis juxta pastorale pedum ancipitem ensem appingi curavit.* Quid? quod & inter Abbates fuere, qui cum Clavibus ensem in Insignibus gesserunt. Quibus tamen armis quin nonnulli memoriam D. Apostolorum Petri & Pauli, quibus Monasteria sua dicata norant, recolere, iisque in sigillis publicis, ex arbitrio suo (ecquis enim olim nisi ex arbitrio arma sibi & Insignia elegit?) uti voluerint, nullus certe dubito. Et quotus quisque est, qui nesciat, Episcopum Herbipolensem, *quoties ille ad aram stans* (verba sunt *Bruschii* d) *sub infula & aliis pontificialibus sacra facit, semper nudum & evaginatum ensem ad eandem aram prope se collocatum habere? &c.* *Hine natus ille vetus versiculus, quem seculari suo sigillo habet Episcopus incisum:*

Herbipolis sola judicat ense, stola. e)

Qua vero de causa ordinaria Episcoporum Herbipolensium signa & Insignia ense compareant aucta, idem ille, quem modo laudavi *Bruschius*, f) sequentibus verbis explicat: *Erlangus,* qui & Erlongus & Ehrlingus quibusdam audit, *Episcopus Herbipolensis XXIV. cum A. Chr. 1104. ob Henrici V. Imperatoris, quem*

c) Lection. Memorabil. Centenar. VIII. Tom. I. f. 204.

d) Magni operis de omnibus Germaniæ Episcopatibus Epitom. Tom. I. p. 153. it. p. 161. sq.

e) Conf. *Merian.* Topogr. Francon. f. 114. Sed & *Abbati Campodunensi* gladius tribuitur, versiculusque. Id. f. 106.

f) l. c. p. 161.

quem Pontifex Romanus excommunicaverat, cuique dictus Erlangus multas ob causas (quas Münsterus d. l. recenset,) *adhæserat, amicitia & consuetudine tandem abhorreret, Imperator Franciæ Ducatum involare, ac ut feudum Imperii ad se devolutum Duci Suevorum Conrado, suo ex sorore nepoti, conferre attentavit. Ibi vero Erlangus, Imperatori acerrime se opponens, Ducatum suum strenue defendit & fortiter retinuit; curans etiam, mandansque, ut posthac minister se antecedens nudum ac evaginatum gladium præferret. Primus adeo Episcopus hic fuit, qui una cum pedo pastorali* g) *gereret in Insignibus coruscantem Ensem, exemplum successoribus imitandum præbens.* Id quod & scite exprimit Autor Chronici omnium Episcoporum Moguntinorum &c. h) Letzlich, scribens, setzte sich Erlang wider den Kayser. Der Kayser erzürnet : : : und zum Trutz dem Kayser ließ er sich durch einen Diener, wo er hin zog, oder gieng, ein entblößtes Schwerdt vorführen, seinem, und des Bisthums Wappen zum Bischoffs-Stab ein gezuckt Schwerdt zumahlen. Welches seine Nachfahrer ihme noch heut nachzuthun pflegen. i) In sigillis præterea Episcoporum Herbipolensium Sec. XV. Episcopum cernimus dextra gladium & sinistra lituum gestantem. Quorsum

g) Promiscue usos fuisse nobiliores Præsules & Pedo incurvo & Baculo cum præfixa cruce, supra commemoravimus. Ita quippe Dn. *de Ludwvig*, Lib. cit. p. 111. Ferner ist dieses sonderlich zu mercken, daß viele Bischöffe, entweder mit Weglassung oder Beybehaltung des Bischoff-Stabs, auch einen Creutz-Stab meistens in der rechten Hand halten.

h) Rubrica hujus Chronici est: Chronic, oder kurtz Geschicht-Buch aller Ertz-Bischöffen zu Mayntz, auch der XII. Bisthumen, welche dem Bisthum Mayntz, als Suffraganten zugethan; ed. Francof. 1551.

i) Fol. 84. Conf. *Münsterus* Cosmogr. Lib. III. c. 394. *Mich. Praun,* in seiner Beschreibung der Adelichen und Erbarn Geschlechter in den vornehmsten Reichs-Städten, p. 154.

ſum hæc? ut pateat, non eſſe, quod nos impediat, quo minus numulos illos noſtros, de quibus nobis ſermo eſt, ſacros aſſeramus; nec deeſſe argumenta, quibus Præſulibus Herbipolitanis vindicemus. Quid? quod non improbabile plane eſt, quia ipſe Erlongus ille, de quo paulo ante, mox ſub initium Seculi XII. ad auctoritatem ſuam ſtabiliendam & amplificandam, hujus generis Bracteales excudi curarit; incluti vero Succeſſores ejus in uſurpando & vindicando jure ſuo quovis modo ſtrenue ipſum imitati fuerint. Et ne, quod aſſerere videor, ſine omni teſte adſtruam, viri in re numaria antiqua pariter ac nova peritiſſimi utor ſuffragio. Ita vero ille: *Si quid conjecturis dandum, numisma hoc bracteatum* (Fig. XI.) *refert iconem Erlangi, Epiſcopi Herbipolenſis, qui Epiſcopatum tenuit ab A. C. 1106. ad 1122. cumque Imp. Henricus Ducis Franconiæ titulum ipſi denegaturus eſſet, ipſe primus enſem ſtrictum non ante ſe portari tantum, ſed inſignibus quoque Herbipolit. inſeri præcepit.*

§. LXVIII.

Diſceptatio de numo Fig. XI. XII. Et hæc quidem argumenta pro adſtruendis Bracteatis Herbipolitanis ſatis idonea mihi cum viderentur, ecce! mihi literæ à Viro ſummo, Dn. J. G. ab E. cui oſtenderam prædictos numos, in quibus Imp. Friderico II. eos tranſcribit Polyhiſtor inclytus. Nullus certe dubito, quin, quam in ſiniſtra manu notavimus crucem, ſeu baculum cruciatum Vir judicioſiſſimus Pomum Imperiale putarit. a) Quod ſi ita eſt, quin rectiſſime judicarit Vir ἀγχινέςατος, nullum mihi ſedet dubium. Quamvis nec hoc inficiandum, ſæpe numero & ipſos Principes ſeculares cum ſigno Crucis in numis comparere;

a) Quæ de Pomo Imperiali pluribus hoc loco dici poſſint, debeantve, quam accurratiſſime perſequuntur Ill. Dn. *de Ludevvig* in Norinberga Inſignium Imperial. tutelari C. IV. p. 84. *Wagenſeil.* in Comment. de Civit. Noriberg. C. XXVI. alii.

rere; & Rudolphi I. Imaginem cum Cruce in altera manu extare testis est ὁ πάνυ *Ludevvigius.* b) Dextra vero gladium præferre Imp. Fridericum II. quam sæpissime in numis conspicimus. c) Accedit, quod capitis ornamentum coronæ quam mitræ bicorni similius est. d) In quo sententiarum divortio utri sententiæ suffragetur benevolus Spectator, penes ipsum est. Quod si vero Imp. Friderico II. tribuere numulum nostrum lubuerit, de ætate, qua cusus fuerit, res in aprico erit. Globulos denique quod attinet, quibus numi limbus, & Præsulis, aut; si mavis Imperatoris, pectus distinctum est, ornatus potius gratia, quam ut aliud quidpiam denotent, ab artifice adjectos arbitror. Et quidni arbitrer, cum complures ejus generis Bracteales, eodem videlicet limbo conspicuos, præter *Schlegelium* e) *Heineccium*, f) Leuckfeldium, g) nobis exhibeat idem mecum sentiens & faciens celeberrimus *Liebknechtius*? h) Quod vero numus Fig. XI. à numo Fig Fig. XI. XII. XII.

b) l. c. p. 90.

c) Vid. B. *Schlegel.* de Num. Abb. Hersfeld. §. XXXV. p. 85. ubi altera, eaque sinistra, manu Imp. Sceptrum lilliatum, baculo cruciato non absimile gestat.

d) De Coronarum figuris, formisque, medii ævi, alio dicetur loco. Id unum h. l. commemorasse suffecerit, & numos extare Episcopales Bracteatos, eosque Moguntinos, Archiepiscopi Sec. X. *Wilhelmi*, Coronis conspicuos, nec non pomo imperiali. Testis est *Hoffmannus* l. c. p. 127. Fig. exhibetur ad p. 135. n. 11.

e) Ita vero ille: Spatii tantum in nummis explendi, aut aliqualis ornamenti gratia, à Sculptoribus adjectos hos circulos plus satis jam ostendi; &c. l. c. p. 40. ad lit. X.

f) In de Sigillis Syntagm. p. 105.

g) In Antiqv. Numar. Halberstad.

h) l. c. §. XV. & sqq. Quo pertinent illa Dn. *de Ludevvig.* Ehe ich noch weiter gehe, inquit ille, so muß ich mit dieser Gelegenheit erinnern/ daß die Alte nicht wohl zugegeben, daß auf den Müntzen fast

XII. duobus ad utramque manum positis circulis differat, vel Auctorum, vel temporum hoc signo distinguendorum, diversitati tribuo. Sunt & alii hujus generis inter nostros numi, qui & magnitudine & pondere iis, quos describimus, inferiores sunt, iisdem Auctoribus vindicandi.

§. LXIX.

Bracteatus ἀχάρακτος. Fig. IX.

Eodem capitis ornatu (qui tamen coronæ, id quod & paulo ante dixi, quam mitræ Episcoporum bicorni, similior est,) cum recensitis modo numis gaudet, quem Fig. IX. ob oculos nobis ponit. Habet numus & duos circulos, ad utramque capitis regionem. Sed nec gladium exhibet Persona dimidiata, nec crucem. Manum potius utramque pectori admotam habet haud obscure expressam. Rari istius generis numi omni, quo distinguantur & dignoscantur, charactere destituti. Sacris vix ausim accensere, cum Episcopus, & quotquot Ecclesiæ operam dant, ne hodienum quidem, in publico absque dignitatis suæ characteribus, ne debita defraudentur veneratione, facile compareant. Principi adeo Seculari rectius tribui numum persuasus sum. Quid, si paulo ante laudato Imperatori Friderico II. cui multo plures, quam Imperatoribus aliis, Bracteatos debemus, & eundum adscribamus? Toto sane cœlo id facientes haud arbitror, aberraverimus.

§. LXX.

Bracteatus cum binis turribus, binisque lituis. Fig. X.

At qui Fig. X. exhibetur Bracteatus quin sacer sit, & Personæ

fast nur das geringste Räumlein ledig geblieben. rc. Dahero siehet man ausser der Bildung auf den Müntzen, Creutze, Vierecke/Ringlein, Rößlein, Lilien, Blätter, u. s. w. wie etwan dieses oder jenes zur Beschaffenheit des Bildes sich am besten gefügt hat. l. c. C. XI. §. 8. p. 104.

ſonæ cuidam primæ Hierarchiæ adſcribendus, nullum ſane dubium. Verum enimvero Præſul, qui utraque manu pedum paſtorale incurvum, ſeu lituum, geſtat, vix alibi obvius; rarus certe, cujusve parem in noſtris haud conſpicamur. Crucem & pedum, aut alterius loco, librum, palmam, item & lilium, qui gerunt, ubivis obvii. Sed vero utrique pedo in noſtro Turres innituntur duæ. Spectant adeo & huc, quæ ſupra a) de turribus in nummis, adeoque Burgis dicta ſunt, & iis quidem citra adjectam certæ perſonæ figuram. Turritos diximus illos numos; rariores iſti: frequentiores longe, imo frequentiſſimi, *in quibus*, referente Cl. *Schlegelio*, b) *inter duas turres Præſules ſedent, poteſtatem Eccleſiaſticam in Templa, quæ vix ſine turribus viſuntur, nec non dominium ſeculare in oppida, quæ turribus itidem ſuperbiunt, hoc ſigno denotantes.* Hinc & ſumme quondam Reverendus Abbas *Schmidius*, c) *in nummis*, ſcribit, *bracteatis nihil frequentius, quam ut perſonæ Eccleſiaſticæ inſideant vel ſellæ, vel arcui, ſeu ponti, inter duas turres poſito, ad indicandam majeſtatem, Dominium & potentiam, quam in quibusdam regionibus, quarum characteres ſunt turres, habuere.* Nec, ab iſtorum rei numariæ peritiſſimorum virorum ἰσοψηφίᾳ abludit Cl. *Leuckfeldius*; d) figuram vero numi, noſtro non abſimilem, in ſcenam producit celeberrimus *Sperlingius*, e) ſuoque more, id eſt breviter & ſcite, explicat. f) De cetero mitra noſtri Præſulis citra omnem ornatum eſt, bicornis,

T par-

a) §. LVI.

b) De Numm. Abbat. Hersfeld. §. XI. p. 14. ſq.

c) In Program. de Nummis Cathedral. edit. Jen. 1692. p. 5.

d) Antiqv. Nummar. Magdeburg. c. 6. p. 177. Conf. ejusd. Bracteat. Quedlinburg. Tab. II. n. 20. 21. 29.

e) Epiſtol. de Orig. & Progreſſ. Numm. Bracteat. & Cav. Figur. XLVI.

f) p. 46.

parva & depressa, adeoque ad priora medii ævi secula simplicitatis studiosa referenda. g) Quo nomine ipsi etiam numo inter antiquissimos Bracteatos haud immerito locum tribuimus. At cujas, inquis, iste ? Babenbergensem forte dicat, qui ab Herbipolitanis, Aureatensibus, aliis, eum distinxerit. Ego vero nihil hic audeo.

§. LXXI.

Bracteati & numi sacri Vexilla lituorumq; involucra exhibentes; Præsules item sedentes.

Et pedum pastorale, idque incurvum, dextra manu gestat, qui numi Fig. XV. sistitur, quisquis etiam ille sit. Certum sane argumentum, quod sacris sit accensendus. Quid quod & mitra bicornis, parva quidem & demissa, id ipsum sibi velit, notetque. Duo, qui mitram ornant, & utrumque cornu distingvunt, circuli, seu punctula, quin uniones sint, aut potius significent, haud sane dubium. Numus perantiquus est, & Episcopum sistit, aut Abbatem. *Fabricius* a) certe, ex peculiari Pontificis concessione, non Hersfeldensibus solum Abbatibus, sed & Fuldensibus, & qui dignitate æquales, uniones & margaritas in mitris tribuit. Sinistra quid vir sanctus gerat, dubium. Vexillum haud ausim dicere, quanquam & id Præsulum Insignibus tribui, haud nesciam. Illustris sane de *Ludevvig* idem habet & numerat in Insignibus Bractealium Episcopalium, b) scite scribens: Vielmehr zeigen diese Fahnen ein Kirchen-Zeichen an, welches in Geistlichen Gebräuchen die Bedeutung haben solle, daß die Christen-Pflicht erfordere, wider das Böse wachsam zu Feld zu liegen, und den Sieg Christi wider selbiges davon zu tragen. At vero neutiquam adversor, si quis fasciam

g) Vid. quæ supra de Mitrarum Episcoporum & Abbatum differentia sumus commentati, §. LXIII.

a) In Gloria Fuldæ p. 156. Conf. *Schlegel.* de Numm. Abb. Hersfeld. p. 14.

b) In seiner Einleitung zu den Müntz-Wesen mittlerer Zeit. p. 115.

fasciam, seu involucrum litui pastoralis dicere malit, quod vulgo die Binde, oder vielmehr Decke und Sacke, in welchen man das Hefft des Hirten-Stabs rein zu halten gesuchet, adpellant. Pluribus de fascia hac, seu involucro, quem modo laudavi disserit Dn. *de Ludewig*. c) Denique sedentis potius, quam stantis, habitus est Præsulis in numo nostro. d)

§. LXXII.

Est tamen, isque unus, & recentioris quidem, quod elegantia docet, ævi numus Fig. XLVI. expressus, qui stantem nobis exhibet Præsulem, eundemque longe altiore & fastigiata, adeoque splendidiore, conspicuum mitra. Altera eaque sinistra, gestat scipionem pastoralem, lituis veterum Episcoporum non longiorem modo, sed & elegantiorem. Sinistra gerit librum, eundemque clausum. Qui, quin Evangeliorum sit, tanto minus dubitamus, quanto magis in eo designando Auctores & interpretes Antiquitatum conveniunt, At vero gestant

Episcopus in numo bilaterali mitra fastigiata & libro conspicuus. Fig. XLVI.

c) l. b C. IX. p. 115.

d) Id. l. c. p. 107. Ubi pro more suo παῤῥησιαζόμενος hac de re ita scribit: Anfangs haben sie sich eine sitzende Stelle genommen, damit sie ja dem Kayser nichts nachgaben. Dann ob man gleich solches bey den Bischöffen mit dem Lehr-Stuhl entschuldigen wollte; so konnten sich doch dieses Grundes die Aebte und Aebtissen nicht bedienen, welche meistens auch sitzend auf den Hohl-Pfenningen angetroffen werden. Und es ist ihnen um das Sitzen so viel zu thun gewesen, daß sich eher die Stempel-Schneider in Pfenningen, da der Raum klein ist/ martern und die Füsse von Nabel heraus leiten müssen, (Vid. Fig. III.) ehe man die sitzende Stellung aufheben sollen. Ja der Lehr-Stuhl muste eben, &c. &c. Ex cathedra vero Petri nata est sedes Cathedralis, Ecclesia Cathedralis. Und, pergit ille, hat es der Pabst sehr gut gemeynet, daß er die Benennung vom Stuhl oder Thron genommen. Dahero sagt man der Römische Stuhl der Päbstliche Stuhl, u. s. w.

ſtant in manibus commemoratum ſacrum librum, eundemque utplurimum aureo involucro & gemmis pretioſis ornatum, a) non Eccleſiarum modo Epiſcopi & Præſules, utpote *ex quo legebant, & in quem etiam jurare tenebantur, perinde ac populum ex eo inſtruere*: b) Sed & Imperatores, iique Chriſtiani, veteres; argumento quod eſt graviſſimo, firmiſſimoque, ipſorum ævo ſacras Pandectas non clericis modo, ſed & laicis patuiſſe. c) Patuiſſe autem, & patere omnino debuiſſe, ex eo præterea patet, quod in librum Evangeliorum jurare Præſulibus tenebantur ſummi Principes, ducesque. d) Veſtem porro in noſtro ſi intueamur, pretioſa eſt, & Dalmatica, quod ajunt. Stellæ præterea ornant reverendi noſtri Præſulis imaginem; utpote, *quas non ſolum ſanctis, verum etiam Epiſcopis in ſigillis offendimus adjectas*,

a) Chriſti Evangelia pretioſiſſimis gemmis redimire primam fuiſſe & primariam curam Imperatricis Adelheidis, Ottonis I. Conjugis, fœminæ religioſiſſimæ, memoriæ prodidit *Odilo*, apud *Caniſium*, Lect. antiqv. p. 405.

b) Vid. *Schlegelius*, l. c. §. XI. p. 16.

c) Ita ſuper hanc rem commentatur Ill. Dn. *de Ludevvig*, l. c. p. 90.

d) Pluribus ex *Guilelmi Appuli* Hiſtor. Poëmate de rebus Normann. & *Sangallenſi Monacho* de geſtis Caroli M. hæc perſequitur *Schlegel*, l. c. p. 17.

e) De Veſte Præſulum Dalmatica, id. l. c. p. 13. Prolixus, quod obiter commemoro, in re veſtiaria ſacerdotali eſt Dn. *de Ludevvig*, l. c. C. XI. §. IX. Invehitur ille graviter in nimium veſtium ſacrarum luxum, eundemque neutiquam cum habitu veteris Eccleſiæ Antiſtitum convenire docet. Quæſtionem denique movet, an, & quo jure Princeps in ditione ſua cleri habitum caſtigare, mutare & ad piam veterum ſimplicitatem reducere poſſit, debeatve? Damit die Geiſtlichen, ut verba ejus habent, ſich mehr durch Lehr und Leben, als Prieſter-Cappe / von ihren Zuhörern ſich unterſcheiden möchten. At litem hanc nec meam facio, nec probo.

ctas, teste celeberrimo *Heineccio*. f) Nec inepte, rationem rei addens, ait Cl. *Olearius*, g) stellas vel radios luminis Sanctorum imaginibus appingi, juxta illud Prophetæ: *Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad justitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.* At, quisnam, ais, ille, qui in aversa numi parte nudo, eoque venerabili capite, vultuque, in scenam productus est, stellis conspicuus, & gladio armatus? E numero sane sanctorum est, & ante se quam habet ædem sacram, templum aut monasterium, quod Sancto illi dicatum & consecratum. Mirum ni Divus ille Apostolus *Paulus*, cui gladium, ut D. Petro claves, Insignium loco adjudicavit pia Antiquitas. h) Et certe profecto est. Sed, quî fit, dices, quod cum Præsul ille in altero numi latere pretiosa mitra tectus compareat, D. Apostolus nudo capite oculis se sistat nostris? Tempori & Seculorum moribus id tribuendum. Παῤῥησιάζεται, qui mos viri est, de sacris Personis cujusvis religionis verba cum facit, Halensis ille Cancellarius, es sind inquiens, i) alle Bischöffe auf den Haupt bedeckt: Denn die Kahl-Köpffe Petri und Pauli kommen ihnen viel zu bettelhafft vor, als daß sie selbigen hierinnen nachleben sollten. Sed &, cui denique Præsulum, & cui ætati tribuendus sit numus, dispiciendum est. Apostolum Paulum in Insignibus suis devenerari Episcopum Monasteriensem, nemo forte est, qui nesciat. Cum gladio autem se sistit ille in laudatis Insignibus: neutiquam adeo dubitandum existimo, quin numus iste noster Fig. XLVI.

f) Syntagm. de Sigill. Veter. P. I. p. 164. Conf. *Leuckfeld.* de antiqv. Num. Halberstad. p. 72. ad n. o.

g) In Spicil. Antiq. III. p. 5. Anastas. Agnesæ, p. 14. Conf. *Molanus* Histor. Imag. L. 4. c. 30.

h) V. *Hæping*. de Jure Insignium, C. II. n. 292.

i) l. c. p. 109. Conf. *Moserus* in s. Anmerckungen p. 48. iniquum plus justo in Clerum esse Dn. *de Ludevvig* judicans.

recte tribuatur Præsulibus Monasteriensibus. Utinam ævi dentibus erosas & tantum non exesas paucas in marginibus superstites literas dignoscere esset integrum! haberemus certe, quo assertum firmare possemus. Ætatem quod attinet, seculum XV. minime superare existimaverim. Asserti ratio numi elegantia non minus, quam Præsulis ornatu comtiori nititur. Suffragatur sententiæ Vir summus &. in arte nummaria Princeps, Ill. J. G. ab E. quem & supra hoc nomine laudavimus.

§. LXXIII.

Persona duæ in Bracteati latere uno.

Fig. I. II.

Et hactenus quidem soli atque solitarii, & sine socio, in numulis nostris comparuerunt Præsules. Nunc & eos in scenam producemus, qui in uno eodemque latere bini prodeunt. Prodeunt autem in Societate, in numis Fig. I. & II. Adeo vero detritæ sunt & situ consumptæ, plicatæque, quibus exhibentur, lamellæ tenuissimæ, ut oculo armato vix dignoscas figuras, tantum abest, ut certi aliquid, quod dicamus, suppetat. Id solum certum, utrumque numum unas, easdemque Figuras, uno etiam absque omni dubio formatas iconio, exhibere. Alter numorum, isque minor, id damni passus est, ut omni suo margine, eoque satis quondam, quod prior innuit, spatioso, manu avara multatus fuerit, adeoque idem passus incommodum, quod haud pauci numorum, aureorum pariter & argenteorum solidorum, perditissimo nostro seculo, toto die, perpetiuntur, ad posteros etiam technis & fraudibus veterum seculorum proh dolor! derivatis. De binis autem Personis in uno eodemque numi latere expressis generatim & scite noster *de Ludevvig:* a). Manchesmal, wiewol, selten, finden sich zwo und

a) Lib. laudat. c. XI. §. 10. p. 123. sq. Conf. *Schlegel.* l. c. §. XVII. *Nunc pergemus,* inquit iste, in argumento simili, *ad* numos *eos, qui duas* Per-

und mehr Bildungen auf einen Bracteato. Deren Ursach dann unterschiedlich sind: Dann bißweilen stehen 2. Patronen auf einen Pfennig, wie man in den Goßlarischen an Simon und Juda siehet, öffters haben sich der Bischoff und Kayser, oder Landes-Herr zusammen setzen lassen. Patronum quoque Ecclesiæ, & Episcopum, numi Auctorem, unum idemque sæpe latus in Bractealibus simul exhibere, quamplurimi numi apud *Leuckfeldium* b) & *Schlegelium*, c) testes sunt. In nostris se sistunt Patronus, s. quod malim, Conditor, nec non Præsulum aliquis cujusdam Ecclesiæ: id quod in utroque eadem mitra, nec non pedum pastorale in alterius sinistra, docent. Mitra, quod cernis, bicornis est, & ejus quidem generis, quale in nostris nullum conspicias. Anglicanam adpellat *Sperlingius*, d) & Abbatibus prisci ævi asserit, utpote quorum mitræ Episcopalibus dissimiles quondam fuerint. Si *Abbati* cuidam *Fuldensi* tribueris numum, quam ad dextram conspicis Personam sacram, D. *Bonifacium* haud male dixeris; D. vero *Willibaldum*, si Episcopis Aureatensibus numum vindicare malueris. Erponem & Eberhardum, Præsules Moguntinos, præsentare numos, forte non negaverit Cl. *Olearius*. e) Ætatem denique numi, quod attinet, inter antiquissimos Bracteales locum ipsi minime disputaverim. f)

§. LXXIV.

Personas simul visui offerunt, & qui majorem crucem intuentibus, interpretantibusque fingunt.

b) Conf. Figuræ æri incisæ in ejus antiqv. Nummar. Halberstad. & Magdeburg.

c) In Apotelesm. de Num. Abb. Hersfeld.

d) In Epistol. de Num. Bract. & Cavor. Orig. & Progressu, p. 74.

e) Conjectura est. De lite Olearii & Sperlingii Erponis & Eberhardi numum concernente, vid. laudatus modo *Sperling*. l. c. p. 10, sqq.

f) At nimbum non habet dextram in numis nostris qui occupat Sanctus,

§. LXXIV.

De Numis medii ævi. Imagine Christi, & S. Deiparæ Mariæ, notatis.

Fig. LIV.

Quem Fig. LIV. exhibet numum, κατ' ἐξοχὴν sacrum a) uti dicam, Imago Salvatoris una, & S. Deiparæ altera facie impressa jubet. Addo vero eum Bracteatis nostris, non quod & ipse Bracteatus sit, (solidus quippe & bilateralis est.) sed quod eodem fere tempore in ruderibus ædium sacrarum cum consimilibus pluribus fuit repertus; & cum inter nostrates nemo forte existat, qui antehac ejus similem viderit, & quid de eo habendum sit noverit, de eo quid sentiam, heic loci effari ἀπροσδιόνυσον haud forte fuerit. Numus, materiam si spectes, aurum mentitur. Aurichalceus vero est. Formam quod attinet, affabre satis factum dixeris. Seculo adeo XV. tribuo. Et quanquam inscriptione non gaudeat, imagines tamen adeo luculentæ sunt & claræ, ut, qui imaginem Christi, ejusque D. Matris pictam aut sculptam viderit, simul & ad nimbos in capitibus animum attenderit, mihi non possit non suffragari. Sacer autem numus est, non ob imagines solum, sed & usus sacri ergo. Confitentibus olim in Ecclesia tesseræ loco erat, à Confessario datus, ut eo ad sacram Synaxin accessuri confessionem pariter & absolutionem probarent. Et hodienum in Ecclesiis quibusdam mos est, ut Schedulis à Confessariis traditis absolutionem probent, & sacram communionem in hac vel illa Ecclesia rite factam, ad alius loci aliam digressi. Quarum adeo Schedularum locum numi, de quibus dixi, explebant Symbolici, vicemque sustinebant. Quo in usu maxime forte imagines

ctus, quisquis etiam ille sit? Non omnibus æque sanctis in numis nimbos tribui vel ex numo Fig. XLV. dispalescit. De cetero nostris non absimilem numum exhibet inter suos Hersfeldenses *Schlegelius* Tab. V. Fig. V.

a) Ita sacra olim dixere numismata *Agno Dei* notata. Conf. B. *Schmidius* Lex. Ant. Eccl. p. 28.

gines sanctissimi Salvatoris, divæque Deiparæ, improbaverit Ill. Dn. *de Ludevvig*, in numis usualibus, ipsius quidem judicio, minime alias ferendas. Ita enim ille: Wer bedencket, was mit dem Gold vor Sünde getrieben, und mit Darreichung desselben Huren und Schelmen erkaufft und bezahlet werden: Der wird nicht allein leichtlich begreiffen, daß sich Christus und Belial nicht zusammen reimen; sondern auch wohl die Ursachen des Gesetzes Alexandri M. erkennen, daß bey Lebens Straff den König niemand bilden und schnitzen solle, der solches zu thun nicht Erlaubnus erhalten hätte. b) Quæ tamen viri celeberrimi religio improbatur nobilissimo *Mosero* nostro, c) argumentum invertenti: Eben deßwegen weil mit dem Geld so viel Sünde getrieben wird, so sollte man Christi Bild darauf setzen, damit doch ein und anderer in sich gehen, und was er mit diesem Geld anzufangen gesonnen seye, bedencken möchte. Litem non facio meam: digna tamen lectu reputo, quæ ille de Imagine Christi in Numis Imperatorum Græcorum, d) deque rei caussis; de Imperatore *Isaaco Comneno*, qui imaginem Christi è numis sustulit, à more Gentilium, quibus solenne erat, Deorum æque ac Imperatorum Imagines in numis conjungere, abhorrens; deque *Zonara*, ea de causa graviter in dictum Imp.

U Comne-

b) Lib. cit. C. XI. §. 3. p. 82. Conf. quæ supra §. XXXVI. de Sacris & æternalibus Principum Rom. vultibus, oreque in numis divino, commemoravimus.

c) l. c. p. 40.

d) Quidam, Damasceno auctore, Imperatori Constantino M. tribuunt, quod primus effigiem Christi insculpi curaverit Numis. Vid. Tentzel. monatliche Unterredung. ad A. 1689. p. 885. sqq. Conf. *du Fresne*, differt. de Infer. ævi Numismat. §. 26. sqq. f. 29. Justiniano Rhinotmeto rectius tribuunt alii. Id. l. c. §. eod, *Scylitzes* apud eundem d. l. Joannis Zimiscæ hac in re pietatem laudat. De Germania Græciæ æmula *Vid. Hoffmanni* Müntz-Schlüssel, P. I. p. 206. De Numis Mariæ quondam sacris, conf. Per-Ill. *Ebneri* laudatæ Theses Miscell. n. XVIII.

Comnenum invecto commemorat. &c. Quod v. nec optimi Servatoris nostri, neque sanctissimæ Deiparæ imagines, in numis conspiciantur bractealibus, causas prætendunt: Weil man in denselben nur eine Seite gehabt, und die Müntz-Herren wohl begriffen, daß sich ihre Gesellschafft zu jenen Bildnussen sich nicht wohl schicketen; gleichwoln aber auch nicht über ihr Hertz bringen können, daß sie ihre eigene Bildungen auf den Müntzen auslassen sollten.

§. LXXV.

Bracteales Coronis conspicui. Fig. XVI. Quid de Numo, quem Fig. XVI. exprimit, sit habendum, altioris indaginis res est. Caput duabus turribus inclusum, eodem fere modo, quo numus Fig. X. exhibet. At vero cum nullum præterea characterem dignitatis ecclesiasticæ præ se ferat, ornatus etiam capitis coronam potius, quam mitram bicornem, ob oculos ponat, non numum modo plane diversum, sed & Auctorem diversissimum judico. Corona ejusdem fere fabricæ est cum ea, quam aquila facie virginea numi Fig. XVIII. in capite gerit, & Fig. IV. V. VI. VII. VIII. XIII. XIV. & XXIV. visui offerunt. a) Regios adeo, inquis, & Imperatorios hunc nostrum, & quos inter nostros commemoratæ figuræ nobis sistunt, dicamus oportet & statuamus. Rari certe numi Bracteales Imperatorii, b) haud tamen, in nostris cumprimis terris,

Fig. XVIII. Fig. IV. V. VI. VII. VIII. XIII. XIV. XXIV.

a) Conf. Numos Bracteales Dn. *de Ludevvig*, in Introd. in rem numar. med. ævi, p. 106. Bracteatum item Excell. Dn. *Liebknechtii*, in Epist. de Br. Nummis Hassiacis, n. XX. p. 45. ubi & Coronas ex tribus prominentiis sive globis (nach der Gothischen Art von drey kolbichten Zincken ꝛc.) describit. Cujus generis & nostrorum coronæ sunt.

b) Id, quod supra, Duce Dn. *de Ludevvig*, l. c. C. VI. §. I. p. 39. it. C. VII. §. 5. p. 48. assertum ivimus. Conf. *Moseri*, Animadvers. XIV. p. 15. sq.

ris, omnino nulli. c) At vero perperam omnes capite coronato insignes Imperatorios dixeris, aut regios: Siquidem, teste Nostro, d) & Ducum Principumque Imperii primi Ordinis capita coronis insignita conspicamur. Id quod pluribus etiam Ill. *Eccardus* nos docet: e) Es trugen, inquiens, die alten Könige und Herzoge Cronen von gleicher Gestalt. f) Es war diese ein blosser güldener, oder mit Perlen und andern Edelgesteinen besetzter Band, Circkel, oder Diadema, welcher hernach mit schlechten (wie etwan in der alten Corona radiata,) oder auch mit ausgeschweifften, theils Lilien, theils Blat-förmigen Spitzen, oder Circkeln gezieret wurden. Et paulo post ante, g) in Teutschland wurden in den XII. und folgenden Jahrhunderten den Hertzoglichen Personen zackigte, oder auch ausgeschweiffte Cronen - - zugeeignet. Und daß Herzoge dergleichen Cronen getragen, haben wir oben aus Herzogs Bernhards Müntze ersehen. Quid? quod & numi suppetant bracteales Archiepiscopi Moguntini, *Wilhelmi*; qui quod & supra commemoravimus, in sacro vultu coronam ostentant. Auctis deinde Coronis novis ornamentis, mox & distinctio nata est inter coronas Imperatorias & regias, ducalesque. Continuator sane *Aimonii* h) de Carolo Calvo, Imp. memoriæ prodit: *Romam exiens Papiam venit, ubi & placitum suum habuit, & Bosone, Uxoris suæ fratre Duce ipsius terræ constituto* & Coro-

c) *Moserus*, l. c. Idem & experientia probat. Probant & numi *Schlegelii* Hersfeldenses, *Liebknechtii* Hassiaci, &c.

d) Libr. dict. C. XI. §. VII. p. 85. 96. Jedoch hat man auch Pfennige, da die Reichs-Fürsten mit einer Crone, ꝛc. vorgestellet werden. Conf. *Schlegel.* de Num. Gothanis p. 36. sq.

e) In s. Erklärung des Ebnerischen Kleinodien-Kästleins, §. IV. p. 3. sqq. it. p. 49.

f) Differre inter se videntur illustres Viri *de Ludevvig* & *Eccardus*. Conf. illius lib. cit. C. XI.

g) §. III. p. 2.

h) C. XXXII.

Corona Ducali *ornato*, *ad Monasterium S. Dionysii pervenit. &c.* Ex quibus patet, Ducibus & Principibus Imperii primariis & Coronas in Insignibus gerere, & in numis gestare, non fuisse insolitum & infrequens: idque non ob potentiam modo, qua in ditione sua quisque pollebat, sed & majorum, adeoque gentis suæ regiæ, veterem splendorem. Accedebat, quod nonnullorum eorum provinciæ regnorum quondam axiomate fuerint condecoratæ. Cumque adeo constet, Duces Franciæ Orientalis, s. Franconiæ, Duces item Alemanniæ s. Sueviæ, nec non Bojoariæ, s. Bavariæ, &c. ad primam Germaniæ Procerum classem, Seculo cum primis illo, quo Bracteales numi in usu maxime fuere, relatos fuisse, minime certe à vero nos aberrare autumamus, si numorum plerosque omnes, quos Coronas in Personarum, quas illi sistunt, capitibus gerere in nostris cernimus, Ducales dixerimus, Ducum videlicet Franconiæ, Sueviæ, &c. quamvis deficientibus Inscriptionibus & propriis cujuslibet Insignibus adstruere non audeamus & adfirmare, cujus forte Ducis, Principisve hic vel ille dicendus sit numus; de ævo alioquin, seu ætate illorum, ex χειτηρίοις supra traditis haud omnino incerti. At vero inter duas, ais, turres sedet, quem numus noster sistit; id quod axioma Episcopale paulo ante diximus? Et secularium Principum hoc Insigne esse, dominiumque ipsorum seculare summum indicare, teste *Schlegelio*, i) diximus. Nec summos Principes hac in re Episcopos, sed Episcopos & Præsules Principes esse imitatos, turribus, Civitatium & Cathedralium Ecclesiarum symbolis, potestatem suam in oppida, quæ regebant, denotasse, constat. k)

§. LXXVI.

i) l. c. p. 79. Ubi Carolum M. in numo exhibet *ὁ ἱςορικώτατος*, uti ipsum cingunt turres excelsæ ab utraque parte, dominii summi argumentum.

k) Id. l. c. p. 26. ad lit. y. Turribus in numis usi sunt Episcopi olim, *ut* *Im-*

§. LXXVI.

De Bracteatis Corona, eaque Ducali, insignibus.

Fig. XVI. VI.

Ducalem adeo à Corona Ducali nummum nostrum bracteatem dicimus non Fig. XVI. modo, sed & Fig. VI. ad sinistram turri, eaque præalta, munitum, & dextra sceptrum, & id quidem liliatum, quod dicunt, formam crucis exprimens, tenentem. Gessisse vero & Duces, Principesque Imperii Sceptra liliata pariter & laureata, in Numis suis Brandenburgicis pluribus ostendit celeberrimus *de Ludevvig*, a) non tam majestatis, quam potestatis signa & *χειτήρια*: quippe non alio modo Provincias suas rexisse constat Duces veteres, ac ipsi Reges summa rerum potiti. b) Sex maxime magnis Germaniæ Ducibus suis, nullis legibus definitam potestatem, in re cumprimis numaria, tribuit Ill. *Ludevicus*. c) Quid adeo mirum, quod in Insignibus suis nulla non summæ potestatis arma adsciverint? Quæ sane ratio est, quod Ducibus magis illis potentioribus, quam Imperatoribus hos, illosve numos, adscribere audeam. Maxime quippe raros, quod plus simplice vice dixi, Bracteatos Imperatorios imaginantur quidam, ut etiam nullos vere tales existere sibi & aliis persuadere velint, & si qui forte illorum imagines gerant, non magis tamen Imperatoribus adscribant, ac qui hodie extant, altera sua facie, in honorem summi Principis, ejus imaginem, Imperii saltem Insignia, exhiben

Imperatores imitarentur, & jura summa sua in ædem monasterii, ac reliqua templa, perinde ac dominium seculare in oppida sibi subjecta, quæ utraque turribus ornari solent, demonstrarent.

a) Tom. VII. Reliqv. MSS. Diplomat. Conf. Nummor. Brandenb. Tab. V. n. 113.

b) Conf. *Phil. Theod. Verpoortenii* Comment. Histor. de Ducatib. in Vet. Germ. Regno Hereditar. ex Edit. *Jo. Ehrenfr. Zschackvvitii.*

c) Idque plus simplici vice in laudata Introd. in rem Nummar. Germ. medii ævi, C. VII. p. 46. it. p. 54.

hibentes. In quam classem tamen minime referendum putamus numum Fig. XL. quem vel eo nomine regium, aut imperialem, dixerim, quod coronam, quam oculis nostris exhibet, diversam plane ab aliis videamus, & recentioribus Seculis aptiorem. Seculi autem XV. numum judicamus, istius ævis literas quasdam, quas tamen interpretari non audeo, gerentem. Quod si tamen conjecturæ locus est, Imperatori cuidam aut Regi, ex gente Regum Bohemorum Luxenburgica tribuerim. d)

§. LXXVIII.

Bracteati Sceptris & Baculis liliatis conspicui. Fig. IV.

Supposito adeo, Ducibus etiam superioribus seculis Coronas fuisse tributas, & numum Fig. IV. in Ducalium referre classem minime vereor. Sed & utraque manu Princeps in eo Sceptrum gerit in forma crucis liliatum. a) Solis alioquin Regibus, nec non Imperatoribus sceptra tribuuntur. b) At vero & principibus adscripta novimus. Nec tamen, si forte alii volenti fuerit, assignare numum imperatoriis, morosè adversabor: c) haud enim in re tantilla, tanquam pro aris & focis

d) Non obstat asserto, quod paulo ante perquam raros diximus Bracteatos Imperatorios. Sint rari, non sunt tamen plane nulli.

a) Rariores aliis hujus generis Bracteales. Habet tamen similes Cl. *Schlegelius* Tab V, & VI. libri sæpius laudati. Habent & alii. Ita sunt, qui in utraque manu baculos cruciatos gestant, gladios. &c. Vid. Tab, III. Num. Bracteat. in Ill. *Eccardi* Kleinodien-Kästlein, ad p. 44. it. p. 47. 32. 33. Conf. *Leyser.* Comment. de Contrasigillis p. 19.

b) Huc faciunt illa Dn. *de Ludevvig*: In der andern und rechten Hand sind die Zeichen der Kayser unterschiedlich. Meistens bestehen sie in einen Scepter, der in der Spitze / Römischer Weise nach, sich in einen Adler endigen sollte. Es haben aber die Stempel-Schneider solchen nicht heraus-bringen können. Daher sie dafür eine Rose, Klee/ oder Lilien hingesetzt. l. c. p. 88.

focis, quod ajunt, depugno. At vero in admittendis baculis cruciatis in hac ipsa fere figura haud æque facilis fuerim. In formam quippe lilii desinere sceptrum non minus ac Crucem haud infrequens. d) Huc & numus spectat Fig. XIX. qui & ipse in utraque manu Personæ Principis Lilia exhibet. At gladium in dextra, & Sceptrum liligerum in sinistra præfert haud exiguæ auctoritatis Princeps, quem numus bilateralis Fig. XLI. in scenam producit. In altero numi latere, conspectis duabus transversim sibi junctis clavibus, quæ Ratisbonensium Insigne sunt, vix potui mihi temperare, quin illi Ill. Reipublicæ numum addicerem, quem latere primario Imago Imperatoris Friderici II. ornaret, & gladio & sceptro liligero inclyti; præsertim, cum auctore non incerto constaret, in agro Passaviensi repertum fuisse numum. Invitus tamen mutavi sententiam, cum forte fortuna in doctissimas Ill. Eccardi schedas, quarum rubrica: Erklärung eines alten Kleinodien Kästleins, e) &c. inciderem. Ita vero de hoc numo, quem & ipsum Tab. III. Fig. XXVI. luculentissime exprimit, Vir celeberrimus: Noch eine Müntze, so mit voriger einer Art ist, was den Stempel-Schnitt betrifft, stellet den Pfaltz-Grafen (Heinrich, f) Herzogen von Sachsen und Pfaltz-Grafen bey Rhein) mit einer Herzogs-Mütze, einen Schwerdt in der Rechten, als Vogt/ g) und den Scepter Fig. XIX. Fig. XLI.

c) Ottonis quippe III. Conradi II. Henrici III. Henrici V. Conradi III. & Conradi IV. Sigillis & numis sceptra liliata tribui novimus. Confer. *Schlegel.* l. c. §. XVIII. p. 37.

d) Vide sis Tabellas numorum Bractealium Auctorum toties laudatorum.

e) p. 45.

f) Henrici Leonis, Sax. & Bavar. Ducis Filium natu maximum, & Ottonis IV. Imp. Fratrem, connubii Jure Comitem Palatinum ad Rhenum, An. 1227. denatum. Vid. *Hübneri*, Tabb. Genealog. CLI.

g) Advocatus autem fuerat Ecclesiæ Bremensis.

Scepter in der Lincken biß auf die Brust vor. Auf der andern Seiten aber ist das Bremische Wappen, nemlich zwey ins Creutz gelegte Schlüssel. Denn es war in selbigen Zeiten Manier, daß die Lehens-Leute ihrer Geistl. Lehens-Herren Nahmen oder Wappen, mit den ihrigen zugleich auf ihre Müntze setzeten, welches mit verschiedenen Exempeln beweisen könnte, wenn es hier der Ort litte. h) Nach des Pfaltz-Grafen i) Zeit hat gewiß kein Bremischer Advocat, oder Vogt, den Scepter führen können. De gladio, quem in altera Henrici nostri manu conspicimus, idem ille; Das Schwerdt ist ein Zeichen der Vogtey, die nach den Pfaltz-Grafen niemand aus dem Haus Braunschweig gehabt hat. &c. &c. Ex quibus Cidaris non minus, seu ornatus capitis, ac reliquorum armorum cumprimis sceptri, in Ducibus quoque conspiciendi, ratio, imo & ipsa numi ætas, initium videlicet Sec. XIII. luculenter satis dispalescit.

§. LXXVIII.

Numus Duc. Brunsuicensis, Henrici Palatini, gladio & vexillo insignis. Fig. XLV

At vero & numus suppetit inter nostros, eosque bilaterales, qui eundem *Ducem Brunsvicensem Henricum* in eodem habitu oculis nostris sistit. In eo tantum ab illo differt, quod loco sceptri manu sinistra vexillum gerit, ceu Fig. XLV. rem prodit. Eundem numum & Ill. *Eccardus* a) nobis exhibet, minus tamen, quod collatio docebit, distincte & accurate expressum. De eo sequentia commentatur ὁ πάνυ: In dem Ebnerischen Cabinet ist eine Müntze, auf welcher ein fast gleiches Ge-

h) Feudatarium Archiepiscopi Bremensis adeo fuisse Ducem Henricum, hocque ipso numo Vasallum Præsulis se declarasse, ex dictis dispalescit.

i) Qui ἄπαις, i. e. sine hærede masculo, fato functus est.

k) l. c.

a) Erklärung des Ebnerischen Kleinodien-Kästleins, Tab. III. Fig. XXVII.

Gepräge den Pfaltz-Grafen mit der Mütze vorstellet, so, daß er in der Rechten das Schwerdt, und in der Lincken, wie es scheinet, eine Fahne halte: Die andere Seite ist mit voriger einerley. Pfaltz-Graf **Heinrich** war ein Vetter Herzogs **Ottens** von Lüneburg, der insgemein das **Kind** genannt wird, b) und **Wilhelmen**, des Pfaltz-Grafen jüngsten Bruder zum Vatter hatte. Er war neben ihm der eintzige von **Heinrich** des **Löwen Stamme**, und zukünfftiger Erbe von allen dessen Verlassenschafften, und konnte ohne seine Einwilligung ein so grosses Theil derselben, als die Grafschafft Stade und andere Herzlichkeiten waren, nicht wohl veräussert werden. Es sagen auch die Scribenten, er seye mit des Pfaltz-Grafen Freygebigkeit gegen das Stifft Bremen gar übel zu frieden gewesen, habe vielfältig sich bemühet, besagte Grafschafft wieder zu haben, und sie beständig prætendiret. Allein er war im Jahr 1219. wie die Ubergab dieser Grafschafft geschahe, noch minderjährig, und der Pfaltz-Graf sein Vormund ɪc. Quod vero loco Sceptri vexillum supponi curarit in his suis Insignibus Princeps *Virtute nobilis, forma speciosus, corpore validus, fama clarus,* c) nullam subjicit rationem Vir Celeberrimus. Et quæ, (minima certe) circumstantia arma non mutat & Insignia Principum? *Vexillorum festiva exhibitione, seu donatione regii vexilli, Principes seculares infeudare apud Cæsaream Majestatem moris olim.* d) Imperator confert *cum Sceptro Spiritualibus*, & *cum vexillis secularibus* feuda omnia illustris dignitatis. e) In cujus rei memoriam Principes sæpe Vexillum, ceu Characterem Feudi à Cæsare collati, Insignibus inseri & numis exprimi curasse, nul-

X lum

b) Conf. *Hübneri* Tabb. Geneal. CLXXXIII.

c) Sunt verba *El. Reusneri*, Oper. Geneal. Cathol. P. I. f. 408. in stirpe Guelfica.

d) Cum Martino ait *Schlegel*. d. l. §. XLVIII. p. 100. Vernacule dicimus Fanlehen, Van Lehen.

e) Ita Specul. Saxon. L. III. art. 60. §. 2.

lum forte dubium. De Henrico sane nostro cum Imperatore Philippo reconciliato f) quin idem asseramus, nihil est, quod prohibeat. Sed & numum hunc, quem illustramus, priori antiquiorem esse, eadem ratione adstruimus,

§. LXXIX.

Objectio, prædicti numi Auctorem concernens.

Sed & Imperatores in numis præferre, ais, vexillum, quasi Imperiale, teste *Schlegelio*, a) idemque in læva Caroli M. conspicimus in numis Abbatum Hersfeldensium. b) Id quod argumento certissimo est, *vexilla quoque in manibus Imperatorum hærere* (utpote, quibus infeudandi Principes seculares summum suum Jus declararent,) *& non tantum in Principum dextris*. c) Accedere, urges, Civitatis Imperialis Ratisbonæ Insigne binas Claves, nec nullum plane argumentum esse, viciniæ potius & Nordgaviæ collimitiis deberi hujus generis numos, quam remotissimis à terris nostris Brunsuicensium & Bremensium Civitatibus, locum, ubi reperti nuper sunt; de quo paulo ante. Non nego fortiter depugnare hæc argumenta pro Numis Ratisbonensibus, cum Imagine Imperatoris. Sed ducem malim sequi itineris apprime gnarum, satisque peritum,

f) Ill. *Eccardus* l. c. p. 34.

a) In Apotelesm. sæpe laudato de Nummis Abbat. Hersfeld. §. XLVIII p. 99.

b) Apud eundem Tab. II.

c) Sed in nostro numulo vexillum conspicitur in læva. Quid? quod & in sinistra vexillum gerit Fig. XVII. numus; itemque Fig. XX. in dextra id ipsum vibrante, qui in numo Fig. XXXVI. stans exhibetur, Principe. Conf. Tab. II. Num. Bract. apud Ill. *Eccardum*, l. c. p. 35. Quod indicio est, non Imperatores modo, sed & Principes in sinistris, ut plurimum gestare vexilla; & illos quidem, quod vexillo conferant summas in Imperio dignitates, hos vero, ut Imperatoriam largitionem testatiorem reddant.

ritum, quem paulo ante laudavimus, ejusque veſtigia premere, quam hærere in dubio, & lubrico inſiſtere. Obiter hic, de vexillis Imperatorum & Principum verba faciens, commemoro, *vexillorum erectionem in turri*, ſupremi Domini Signum eſſe. conf. Fig. XXXIII. numorum noſtrorum. d) Fig. XXXIII.

§. LXXX.

Ad illuſtrationem Numi, quem Fig. XLIV. oculis noſtris ſiſtit, apprime faciunt, quæ §. antecedente LXXVIII. fuſius, prolixiusve, quam ad inſtitutum pertinebat; ſed minime perperam, aut fruſtra, ex Ill. *Eccardo*, a) excerpta dedimus. Cognationem videlicet arctiſſimam Ducum Brunſuicenſium Henrici (quem & Palatinum diximus,) & Ottonis, quem vulgo Puerum dicunt, Henrici ex Fratre natu minimo Wilhelmo Nepotem, enarravimus. Eosdem & omnium terrarum, quas ab Henrico ſuperbo, itemque Henrico Leone, Patre & avo, defuncto fratre Ottone Imp. ſuperſtites habebant, ſolos heredes diximus. Henricumque Ottonis Pueri non Patruum modo, ſed & Tutorem. Et hæc ipſa ſunt inclyta nomina, quæ in numo noſtro literæ majuſculæ H. & O. exprimunt, & poſterius notanda & commemoranda ſuggerunt. Ratio conjunctionis, non nominum modo, ſed & animorum hoc in numo, cognatio eſt, cumprimis tamen conſenſus Ducis utriusque, univerſo orbi hoc numismate declarandus, in traditione & ceſſione jurium, quæ habebant in Comitatum non minus Stadenſem, quam Eccleſiam Bremenſem. b) Qua de re ſequen-

Numi Brunſvicenſes lit. H. O. notati. Fig. XLIV.

d) Add. *Schlegel.* l. c. not. d.

a) l. c.

b) Es hatte/ hac de re ſcribit *Eccardus*, l. c. p. 41. der Pfaltz-Graf (Heinrich) bißher viel Wunder wegen der Graffſchafft Stade und der Schutz-Gerechtigkeit über Bremen gehabt; ꝛc.

quentia tradit ὁ πάνυ *Eccardus:* c) Um nur zur Ruhe endlich zu gelangen, so verglich sich der Pfaltz-Graf (Heinrich) mit Ertz-Bischoff Gerharden II. trat ihm seine Erb-Güter in der Grafschafft Stade, die Probstey Wildeshaussen, ingleichen seine Rechte auf den Zoll, die Müntze, und die Bremische Vogtey ab: Hergegen sprach ihn der Ertz-Bischoff vom Banne loß, belehnte ihn mit derselben Grafschafft und der Advocatie, Müntz-Gerechtigkeit und andern Herrlichkeiten auf Lebenslang, und söhnte sich völlig mit ihm aus. d) Et concludit denique: Beyder Herren Namen zeigen ihrer beyden prætendirte Einwilligung in die Schenckung an. e) Sed, quænam, inquis, imago in altera numi facie, s. latere? Nec Henrici est, neque Ottonis Pueri. D. potius Petri est, Patroni Ecclesiæ Bremensis. Ornatus Capitis, quem clarius exprimit numus Eccardinus, f) corona radians g) est, in sanctorum capitibus non infrequens cum nimbis ornamentum. Quod infra caput, pectusque conspicis, navicula est in undis maris, qua vehitur D. Apostolus. In aversa numi parte, quæ dentibus ævi valde erosa, duos conspicimus vultus, seu capita, quorum alterum, quod dextram occupat, cidari satis præ altera fastigiata ornatum Archiepiscopum *Gerhardum*, alterum vero *Henricum* nostrum, inito pacto reconciliatos, haud obscure innuit. Differt hac parte aversa ab Eccardino numus noster, quod ex αὐτοψία patebit. Ætatem numi si spectes, ad A. 1219. quo

c) l. c.

d) l. c. §. XV. p. 48.

e) Plura hac de re *Wolterus* in Chronic. Bremens. ad A. 1215. sqq. Conf. *Lunigii* Reichs-Archiv. Part. Spec. Cont. II. p. 440. sq.

f) In Tabb. III. d. l. numus est XXXIV.

g) Ein H. Schein, wodurch bey allen heilig geachteten Personen, oder Martyrern ihre unter den Schutze GOttes in Leiden erhaltene Crone angedeutet werden solle. V. *Leuckfeld.* l. c. p. 63. It. *Joh. Molanus* in Histor. SS. Imag. & Pict. Lib. IV. c. 26. *B. Schmidius*, Lex. Eccles. P. I. p. 139.

quo compositio, de qua paulo ante, inita, haud perperam referas.

§. LXXXI.

Ex his, quæ diximus, clara lux affulget numis Fig. XLII. & XLIII. Sistit quippe prior mitra archiepiscopali, altiori atque fastigiata, nec non gemmis & margaritis, uti videtur, distincta, egregie ornatum Præsulem Bremensem, & eum quidem, nisi me omnia fallunt, Gerhardum II. quo cum post lites *de jure proprietatis in Comitata Stadensi, tam in Ministerialibus, quam prædiis & mancipiis, nec non de Præpositura Wildehusensi, Ecclesiæ Bremensi concedenda* a) gravissimas, A. 1219. reconciliatus fuit Dux Henricus, idemque Comes Palatinus Rheni, dictæ Ecclesiæ Bremensis Advocatus, in compensationem largissimæ donationis constitutus. b) Caput Archiepiscopi (de re bene gesta, impetrata videlicet collatione Palatini Comitis hæreditatis, quam ille ante possederat jure proprietatis, ceu diximus in Comitia Stadensi, nec non de concessa Ecclesiæ Bremensi Præpositura, maximopere læti & triumphantis) cinctum est & munitum (quod alibi non conspicaris, aut raro saltem,) Peristylio, &c. In aversa numi bilateralis parte duo comparent capita, quorum alterum altero majus; quod, cum dextrum occupat locum, eandemque mitram, qua paulo ante dictus Præsul conspicuus est, gerit, nullum certe dubium est, quin idem ille Archiepiscopus Gerhardus sit. Pileo ornatum caput alterum, idque minus, Ducis Henrici, quem plus simplici vice laudavimus, est, Principis certe profecto benignissimi pariter ac indulgentissimi, qui pietate potius & donationibus, quam vi ab excommunicatione liberari voluit, & quoquo modo humiliari. In cujus rei

Numus bilateralis donationem Henrici Archiepisco Bremensi factam, significans. Fig. XLII. XLIII.

a) It habet Diploma ex *Lunigio* paulo ante allegatum.

b) Vid. §. anteced.

rei memoriam quin numus iste circa A. 1220. cusus fuerit, & in publicam compositionis & Vasallagii declarationem distributus, distractusque, nullum mihi sedet dubium. Quod utrumque caput distinguit, tropæi instar est, in aliis numis haud facile conspiciendi. Brevissime omnem rem verbis explico Ill. *Eccardi:* c) Ich ziehe auch hieher wegen gleiches Schlages eine Müntze, auf welcher das Brust-Bild eines Ertz-Bischoffes, auf dem Revers aber unter zwey gespitzten Bögen erstlich ein Ertz Bischöfflich und hernach ein Hertzoglich Haupt stehen, und dieses mit einem Hute, bedecket ist. Daß also der Lehens-Herr d) und Lehens-Empfänger e) neben einander erscheinen.

§. LXXXII.

Ejusd. commatis numus, in reconciliationem Archiepiscopi Br. Ducisque Henrici. Fig. XLIII.

Cujus §. antecedente mentionem fecimus, numum Fig. XLIII. utrum Brunsuicensibus cum superioribus annumeremus, an potius Bremensibus? hæreo. Brunsuicensibus sane accenset numum in antica nostro simillimum celeberrimus *Eccardus*: a) Bremensibus tamen accensere malim: gerit enim ipsissimam Præsulis Bremensium imaginem, quam & in præcedentibus numis contemplati sumus; gerit & in postica, seu altero latere, quod & partem aversam dicunt, Bremensium Insignia, Claves. Altera manu, eaque sinistra, consuetum Episcopale Insigne gestat Archiepiscopus, pedum pastorale incurvum, seu baculum, sive scipionem sacrum; altera, & quidem dextra elata, depressis duobus posterioribus digitis, benedicit pontificiali habitu ornatus. A nostro vero Eccardinus dis-

c) l. c. p. 45.
d) Archiepiscopus, qui Henricum ducem hinwiederum mit der Grafschafft Stade (sunt verba laudati Eccardi d. l.) und der Advocatie, Müntz-Gerechtigkeit / rc. belehnete.
e) Dux & Comes Palat. Rheni, Feudatarius Archiepiscopi.
a) In der Erklärung des Ebnerischen Kleinodien-Kästleins, p. 34.

differt, quod iste in aversa Leonem, Insigne Brunsuicensium, noster vero Bremensium Insigne, Claves exhibet. Numum cusum vult *Eccardus* b) in reconciliationem Præsulis, Ducisque, de qua paulo ante. Quod si ita, ejusdemque commatis altero saltem latere, noster cum illo, uti sane videtur, quo minus numi auctorem dicamus Archiepiscopum Gerhardum II. nihil sane impedit. Ita vero ille de numo suo: Noch mehrere Müntzen auf die Versöhnung des Pfaltz-Grafen, mit dem Ertz-Bischoffe von Bremen, und auf die Lehen-Empfängnüß der Graffschafft Stade, habe ich von Nürnberg bekommen. Auf einer (Fig. XIX.) stehet der Ertz-Bischoff, und segnet mit der Rechten, in der Lincken hält er seinen Stab, ꝛc. De cetero inficias ire nequeo, quod & hoc viso primum numo, non ob claves modo, quæ & ipsæ Ratisbonensium Insigne, sed & locum agris Ratisbonensibus vicinum, ubi in magna copia reperti numi fuere, Præsuli Ratisbonensium & ipsum nostrum tribuerim, non nisi eo loco, quo cusi sint numi, frequentissimos eos conspici ratus. At vero, cum considero, Henricum Ducem Palatinatum etiam rexisse, multaque bella Ottonem Imp. ejusque Patrem & Avum, Bavariæ pariter & Saxoniæ Duces, gessisse, & magnam pecuniæ Brunsuicensis vim hac occasione in terras etiam nostras illatam fuisse, haud sane est, quod dubitem, negemve: Ubi enim Rex, aut Princeps, eorumque exercitus & castra, ibi etiam Regis & Principis æraria & pecuniæ.

§. LXXXIII.

Sed è diverticulo ad numos revertor Bracteales, eosque coronis conspicuos. Quos inter loco certe non postremo ponen- *Falcones in Bracteatis haud rari.*

b) l. c. Conf. Tab. III. Fig. XIX.
c) l. c.

Fig. V. ponendus est, quem Fig. V. oculis nostris sistit, numus profecto elegantissimus pariter ac rarissimus, in majori, minorique modulo in nostris conspiciendus. Prisci ævi coronam in capite exhibet, *tribus*, quod & supra diximus, *prominentiis, sive globis*, a) nach der Gothischen Art, mit drey kolbigten Zincken, ornatam, quæ in numo repræsentatur, persona illustris; crucem vero in pectore gerit, cruci, quam Ordinis Teutonici Magistri non minus, quam Equites, in Insignibus gerunt, non absimilem. Singulare in numo est, quod, uti Figuræ IV. numus utraque manum sceptrum, quod dicunt, liliatum; ita hic noster utraque avem gestat. At quam avem? Optandum foret, ut artificis & sculptoris manus scite satis expressisset imaginem, distingui ut posset, aquila num esset, an falco, seu accipiter? Multi quippe suppetunt Bracteati, qui, quod ex dictis patet, aquilam exhibent; multi etiam, qui accipitrem, aut, si mavis, (species enim accipitrum est,) *Falconem* b) sistunt; bellicosi, robusti nec non prudentis hominis, rei item venaticæ studiosi, signum & symbolum. Sed aquilam quo minus dicamus avem in utraque nostri manu, vel unica sufficit ratio, quod aquilam, & utraque quidem manu, gestare, avis si proceritatem molemque corporis spectes, tantum non omnino maximæ, adeoque gravitate longe ponderosissimæ, θηριώδης immanitas prohibet: at falcones in rem venaticam alere, gesta-

a) Ita Coronam nostræ similem in numo quodam suo Hassiano describit Excell. *Liebknechtius*, in Diss. Epist. de Bract. Hass. §. XX.

b) Ab aucupio, seu capiendis avibus, ita dictus accipiter, quod *semper vivit in armis*, Hieroglyphicon est hominis bellicosi, nec non robusti prudentisque, teste *Hœpingo*, de Jure Insign. C. IX. §. 239. sq. Sublimitatem victoriam, imo & Deum ipsum denotaturos Ægyptios accipitrem pinxisse, asserit *Horapollo* in Hieroglyph. p. 8. it. 75. edit. *Hoeschel.* De Falconibus speciatim vid. *Fungerus* Etymol. Lat. Gr. p. 352. & *Cangius*, Glossar. T. II. P. I. f. 367. *Schlegel.* l. c. p. 71. sqq.

gestare, eosque manibus emittere, & quibus cum confligentur, avibus immittere, res sane usu vulgata pariter & jucundissima, nec non antiquissima. c) Viso adeo hujus generis numo, non dubitant viri rei numariæ peritissimi perquam multi Imp. Henrico Aucupi illum tribuere, pensi certe parum habentes, an illo jam tempore numi Bracteati in usu jam fuerint, (quod admittere multi nolunt, d) nec ne? Nobilissimus certe *Rühlmannus* e) in numum cum incideret, cujus effigies coronata dextra manu falconem gestabat, scribere non dubitavit: Ob ich gleich der alten Blech Müntzen halben, wie sie voran auf den Titul erscheinet, in den Gedancken stehe, als wäre selbige unter Kayser Carl des Grossen oder Ersten dieses Nahmens, Regierung geschlagen worden: So läßt doch sich auch die Meynung einiger Gelehrten hören, welche dafür halten, daß sie König Heinrich den I. als einen Vogler, Finckler, oder vielmehr Falcken-Meister abbildete. Et hercle, cum Falcone Imperatorem Henricum I. equo insidentem scite admodum nobis sistit ἱςορικώτατος *Merianus*, fortissimum illius ævi Equitem, Jo. Dollingerum, cum barbaro decertantem & egregie vincentem, in scenam producens. f) Sed ad Seculum X. usque, & multo adeo minus Caroli M. ævum, adscendere non vult *Schlegelius*, g) & quos exhibet Fig. XI. XII. & XIV. Tab. III. accipitre, s. falcone conspicuos

Y

c) Usus Falconum in re venatica antiquissimus vel ex Capitul. Caroli M. A. 769. c. 2. patet. Ita v. Imperator: *Omnibus servis Dei venationes & silvaticas vagationes cum canibus, & ut accipitres & falcones non habeant, interdicimus.* Conf. *Schlegel.* l. c. p. 71. lit. o. & §. XXX.

d) Conf. quæ supra de Origine Numorum Bracteatorum commentati sumus. Adde *Schlegel.* l. c. p. 78. ad lit. d.

e) In Præf. subjectiss. Indic. Archiv officii Imperii pro Elect. IX.

f) In Topogr. Bavariæ, f. 82.

g) p. 78. lit. d.

ſpicuos numos Caroli quidem M. Fundatoris Abbatiæ Hersfeldenſis imaginem, ſed non æque ævum, gerere contendit. Ita vero ille: *dextra tenet* (in numo) Imperator *ſpatum, ſive gladium ſtrictum latiorem, quaſi orbem Germanum juſtitia judicaturus; ſiniſtra ſuſtinet avem, falconem, quod admodum familiare eſt Regibus Francicis: quanquam nec his deliciis ſacro ordini addictos abſtinuiſſe, ſciamus.* h) At quem tandem, inquis, Auctorem ſtatuemus numi hujus noſtri? Sacrum non eſſe, ſ. Perſonæ Eccleſiaſticæ, numum, quanquam in pectore crucem gerat, & neminem forte fugiat, in deliciis quoque falcones nullo non tempore clero fuiſſe, i) vel corona in capite ejus, qui falcones geſtat, indicio eſt. Principem adeo nobiliſſimi ſtemmatis in terris noſtris, iisque vicinis, dicere haud vereor auctorem: nec tamen Henrico Aucupi vindicare ſi quis ſuſtinuerit πὺξ καὶ λὰξ, quod ajunt, repugnavero. Ἄγραφος καὶ ἀσύμβολος numus eſt, adeoque dubius. k)

§. LXXXIV.

Bracteati Aquilam exhibentes. Fig. VII. VIII.

Sic, aut Imperatoris eſſe, aut Ducis cujusdam, ſtirpis, vel ſaltem potentiæ, regiæ, numos, Fig. VII. & VIII. coronæ indicant, quibus Perſonæ in numis expreſſæ ſuperbiunt. Avem ille prior ad ſiniſtram coronati capitis habet, quam aquilam eſſe magnitudo pariter ac roſtrum oſtendit. Forte & ipſa Marchionum Brandenburgicorum eſt, quos in memoriam antiqui Slavorum regni Inſignia regis gerere, & alibi diximus. Eſt

h) *Schlegel*, d. l. §. XXIX. p. 71.

i) Id. l. c. add. §. XXX.

k) Cum Principes *regentes* æque, ac Principum *Filii*, falcones manu geſtent, *iſtos* ave non à plebejis modo, ſed & ab *illis*, utpote, qui plerumque cum gladio, ſcuto, vel vexillo in manibus, in ſigillis & numis, comparent, diſtingui haud raro, ſunt qui obſervant. Id. l. c.

Eſt & Hiſtoriæ Brunſvicenſis, nec non rei numariæ antiquæ vir peritiſſimus, qui Imperatori Ottoni IV. Brunſvicenſi, numum aſſignare parum dubitat. a) Judicium eſto penes lectorem. De cetero numus perantiquus eſt, quod fabrica partim, partim & argenti puritas arguit. Alter, quem commemoravi, numus ejusdem fere commatis eſt, niſi quod crucem in globulo coronæ medio gerit, caput V. maximam partem inſignis magnitudinis lacerta ſeu Crocodilus, isque coronatus, ambit. Rarus profecto numus, qualem forte pauci inter bracteatos viderint, pauciores in ſcriptis & monumentis publicis notarint. Qui vero Crocodilum in Inſignibus ſuis gerant, jam non ſubit, nec, qua de cauſa? Eſſe tamen, qui, neſcio quam in animali iſto perditiſſimô virtutem penſi habentes, in Inſignibus ſuis ament, numus teſtatur: niſi forte ex animalis in numo rudi ſculptura jaculum, C. Draconem, quem cum vulgo einen Lindwurm appellitamus, fingere tibi velis aut aliud quoddam judicio tuo conveniens animal. Quid? quod ex contemplatoribus non nemo vulpeculam ſibi finxit, formavitque; lupum alius, isque Vir longe clariſſimus, qui ex lupo, quem hoc in numo ſibi fingit, *Welphorum*, b) ſeu Ducum Brunſvicenſium, numum ſibi concipit, eundemque Fig. VIII. *it emque Lupum.*

a) Numum bractealem Brunſuicenſem altero latere aquilam exhibentem inter numos Henrici, Duc. Brunſv. & Comitis ad Rhenum Palatini oculis ſiſtit Ill. *Eccardus*, l. c. pag. 39. 40. & Tab. II. Fig. XIV.

b) De Iſenbardi, Altdorfii in Alemannia Dynaſtæ, & Conjugis Irmentrudis duodecim uno partu editis filiis, quorum unus (qui ſolus, reliquis omnibus à matre expoſitis, miro tamen fato ſervatis, vitæ fuerat deſtinatus) à lupo *Welf* nomen ſortitus eſt, vid. *Bucelinus* in Hiſtor. Agilofingica; Collectores Lex. Univ. Hiſtor. Baſil. Tom. II. Fig. 991. it. 604. ad voc. Gwelphen. *Hübner*, Tabb. Geneal. CLI. Auctor. Acerr. Philol. Cent. III. n. 40. p. m. 470.

que antiquissimum. Cui sententiæ, dummodo de lupi in numo effigie certior factus fuero, tantum abest, ut refrager, ut potius ambabus, quod ajunt, arripiam.

§. LXXXV.

Coronis insignes Bracteati complures.

Fig XIII. XIV. XXIX.

Sed & plures hujus generis numi, ἀδεσπότους, quos dixeris, quia ἄγραφοι, in nostris comparent, iique coronati. Et isti quidem sunt, quos Fig. XIII. XIV. & XXIX. visui offerunt. Omnes exhibent Virorum Illustrium ora, seu capita, coronis, quod dixi, Gothicis redimita, & capillis prolixis conspicua. Fig. XIV. effigiem bini ambiunt pisciculi, Insigne quod judicaveris numi Auctoris. Lupi num illi sint pisces, quod videtur, haud disputo. Vigilantiæ & taciturnitatis Hieroglyphicon à piscibus peti omnes sciunt. a) Et quis ignorat, Duces Sueviæ, seu Wirtembergiæ, pisciculos gerere in Insignibus æque ac in numis? b) At piscis Comitibus Honsteinensibus, c) Ducum quondam Brunsvicensium Feudatariis, d) tribuere malim numum, Viri summi Ill. *Eccardi*, auctoritate motus, qui

a) Vid. *Hæping*. Tr. de Jure Insign. c. VI. n. 770. sqq.

b) Conf. *Bæckleri* Herald. p. 123.

c) Hohenstein alii, iique recentiores, scribere malunt. Honstein, schreibt *Zillerus* in s. Reichs-Geograph. und Geneal. Edit. Diecelianæ, p. 1404. sq. ein Berg-Schloß und Gräflicher Sitz der uralten Grafen zu Honstein in Fürstenthum Braunschweig, Calenbergischen Theils, eine Meil von der Reichs-Stadt Nordhausen, rc. darzu ein Amt und anders mehr gehörig ist / so die Grafen von Honstein von den Hertzogen zu Braunschweig, Calenbergischen Theils, allemal zu Lehen empfangen / rc. rc.

d) Feudatariis competere, ut in numis Feudi Domini Imaginem, arma, &c. exprimant, alibi dictum est. Ducis adeo potius Brunsuicensis, quam comitis Honsteinensis, coronatum caput in numo exhiberi, persuasus sum.

qui hunc ipſum Brunſvicenſibus accenſet; quicquid etiam vulgo objiciant: *numos illa maxime loca reſpicere, ibidemque fuiſſe cuſos, ubi inveniantur.* e) Nam quis eſt, qui neſciat, Ducibus Brunſvicenſibus, quod & paulo ante diximus, medii potiſſimum ævi temporibus, frequentiſſima fuiſſe, non cum Bavaria modo & Palatinatu, ſed & cum univerſo imperio, commercia? Ceteros quod attinet numulos, Fig. puta XIII. & XXIX. omnia plane cum deſint χριτήρια characteriſtica, eos ſuis vindicare dominis & auctoribus omnino non auſim. Spes tamen eſt, fore, ut ex notioribus aliquando minus notos dijudicare liceat & dignoſcere. Globulos illos duos, ſeu puncta, ſub utraque menti parte, ad ornandas imagines & implendum vacuum potius, quam, ut certi quidpiam ſignificent, à Sculptoribus adjecta arbitror. De mento vero dum loquor, haud ſane ἀπροσδιονύσως, ſubit, qui fiat, quod facies in Bractealibus pleriſque omnibus occurrant *imberbes*, adeoque juvenes potius, quam viri ac ſenes, ſive ſacræ perſonæ illæ ſint, ſive ſeculares ac profanæ, compareant? Mira ſane res; imprimis cum conſtet, Germanos veteres, f) æque ac gentes ſeptentrionales pleraſque omnes, maximopere coluiſſe barbam, ſapientiæ prudentiæque Hieroglyphicum, & amaſſe. g) Miratur & Excel-

Fig. XIII. XXIX.

Imberbes utplurimum in Bracteatis occurrunt Principes, Præſulesque;

e) Verba ſunt ſupra laudati *Liebknechtiii*, l. c. §. XXXIV. p. 76.

f) De Barbis Veterum Germanorum, Longobardorum cumprimis, vid. Cl. *Vetterus*, in Tac. p. 260. n. 8. *Cluverius* Germ. Antiqv. Lib. I. c. XVI. §. II. *Dilherrus*, Comment. de Hiſtor. Antiq. Germ. C. IV. §. II. III. *Eccardi* monatl. Auszüg. ad A. 1702. M. Sept. p. 9. 10.

g) De cultu Barbarum ſeptentrionalium æque ac Orientalium Gentium eleganter admodum diſſerit *Permoſerus*, in dem ohne Urſach verworffenen / und dahero von Rechts wegen auf den Thron der Ehren wiederum erhabenen Barth. Ita Iſidem Ægyptii, & quæ eam coluere, gentes, barbatam ſculpſerunt. Vid Cl. *Tentzelii* Dial.

Cujus rei ratio redditur.

Excellentissimus Dn. *de Ludevvig*, h) die Bärte, scribens, sind sonst auch einige Hülffe zur Känntnüß, welche sich aber auf keinen Blech-Müntzen finden. Ob damals unser Vatterland eine Bartlose Zeit gehabt, wie wir jetzo haben, da diese Zierrath allein den Soldaten und Priestern (welche letztere ihre doch gleichfalls meistens abgelegt haben) überlassen wird / solches stehet dahin. Nobilissimus *Sperlingius* i) *nullam aliam rei causam reperire se posse ait, quam Monetariorum moribus in Anglia, ex qua primos suos Dani habuisse videntur, hoc factum. Illi enim*, pergit, *plerumque sine barba Reges suos in nummis expresserunt, præsertim in cavis, in quibus barbatos non amabant: nec decorum esse, nec moris inter elegantias nummorum recepti credebant. Eadem ratione*, finit denique, *in nummis Germanicis reperiuntur sculpti rarissime cum barba, ut ut majores nostri illam amarent & colerent, ut ex variis exemplis & historiis manifestum reddere possemus, si hoc nunc agere liceret.* Propius ad rem & rei rationem digreditur noster *Schlegelius*, *barbam coluisse*, scribens, k) *Reges Merovingicos prolixam, non vero Carolum M.* l) Quod si ita est, in Numis Bracteatis cumprimis, Carolum sequutos esse in Imperio successores, Imperiique Proceres, hos vero Præsules, non Principum modo auctoritatis, sed & morum æmulos, admodum probabile est & verisimile. Ubi tamen minime iverim inficias, ad barbas in Bracteatis formandas artificum numariorum antiquorum

Dial. Menstr. A. 1690. M. Mart. It. Fränckis. Act. Erudit. VIII. Sammlung, 676. sq. Conf. Monumentum nostrum Slavo-Russicum, p. 39.

h) Lib. cit.

i) l c. p. 31.

k) In Indice laudat. Apotelesm. in voc. Barba.

l) In Caroli M. Barba definienda efflictim inter se digladiantur scriptores, pro aris tanquam ac focis, quod ajunt. Vid. *Tentzel.* Dial. Menstr. A. 1691. p. 9 4. *Heineccius* Syntegm. de Sigill. Veter. alii Conf. *Ringmacher*. Tr. de Numis, p. 61. sqq.

rum ſolertiam aut non ſuffeciſſe, aut parcendorum ſumtuum ergo non expeditam fuiſſe: quem morem poſtea & ſequior ætas ſervaſſe videtur.

§. LXXXVI.

Barbæ abſentia in vultibus Ill. Perſonarum Numismatognoſiam reddit difficiliorem.

Fig. XXXIV.

Paulo ante diximus, haud parum ad Numiſmatognoſiam barbam, ſi qua adſit, facere poſſe. Et quidne faciat, cum ex mento imberbi nec ætatem, nec ſexum diſtinguere, aut dignoſcere poſſis? Nova adeo dijudicandis Bracteatis & auctoribus ſuis vindicandis ex neglectu barbæ adnaſcitur difficultas. Quotusquisque quæſo eſt, qui numum Figuræ XXXIV. ſequioris ſexus Perſonæ non tribuat, vindicetque accedentibus, cumprimis globulis, ſeu unionibus, caput diſtingventibus, adornantibusque. Abbatiſſam dicat aliquis, Monaſterio ſuo, ſeu Eccleſiæ Cathedrali, quæ turribus utplurimum in ſigillis & numis inquitur, a) præſidentem; id quod averſa, ſeu altera numi facies, turribus ſuis neſcio cui ponti, aut arcui b) ſuperſtructis, conſpicua teſtatum reddit. At nolim Abbatiſſam facere, quam ſola, eaque imberbis, facies, arguit. Nec enim ea capite geſtat *vittam*, ſeu *velamen ſacrum, neceſſarium capitis, earum, quæ Deo ſe devoverunt, tegumentum*, & quo ad Dei officium conſecrari debent. c) Quid? quod nec manuum altera, eaque dextra, gerit

a) Conf. quæ ſupra §. LVI. de Numis turritis commentati ſumus.

b) Dubium eſt, quid in ſigillis & numis fornices illi, quibus utplurimum inſident Præſules &c. ſibi velint. Et ipſe Dn. *de Ludevvig* l. c. C. XI. p. 108. hæret, cum inquit: der Lehr-Stuhl der Biſchöffe, muſte eben, als des Kayſers ſein Thron, eingerichtet ſeyn. Daher⸗ro man ſie auch auf der Welt-Kugel, dem Mond, zwiſchen zweyen und mehrern Thürmen, auf Thoren oder Brucken / ſitzen findet.

c) Vid. Auctor Chronici Wormatienſis apud *Schlegel.* l. c. p. 102.

gerit lilium, d) quo Doctrinæ, vitæque integritas & innocentia innui solet; nec in sinistra librum, e) Abbatissarum & Monialium Insigne peculiare, in numo nostro conspicimus: quod argumentum certissimum, viri potius, ejusdemque illustris, quam fœminæ, imaginem illam esse. f) Personam vero sacram arguit ad pietatem composita & elevata sinistra, nec non, quam dextra præfert, crux, quæque sub ponte, aut, si mavis, arcu, cui turres, ceu diximus, in aversa superædificatæ sunt, aut in porta potius g) ædis sacræ, sive templi, conspicitur, stellula.

§. LXXXVII.

Bracteati nuda Capita exhibentes, Fig. XXIII.

Quæ nudo & aperto capite in numis bractealibus comparent, Personæ illustres, raræ sunt; rari adeo & numi ejus generis, qualemque Fig. XXIII. ob oculos ponit, me vidisse alibi haud memini. Nullus certe, quos laudavi passim, Scriptorum, ejusdem fabricæ, in scenam produxit. Capillus prolixus haud parum vultum condecorat, multumque gravitatis venerabili capiti conciliat. Merovingicos olim promissis incedere capillis fuisse solitos, Regum Francicorum Historia docet. Sed

d) Vid. *Olearius,* in anastasi Agnesæ, p. 15. ejusque super Lilium Commentar.

e) Non Biblia, aut Evangelium, sed Psalterium, gestare Abbatissas, monialesque, auctor est, quem paulo ante laudavimus, Chronici Wormatiensis Concinnator, pag. 57. Inde Proverbium. Wie die Nonnen den Psalter. Conf. *Leuckfeldii* Historische Nachrichten etlicher Quedlinburg. Abbatissinen, §. IX. sqq. Breviarium., Brevier, idem auctor interpretatur. Conf. *Hubneri* Reales Staats- und Zeitungs-Lexic. p. m. 281.

f) Quales in sigillis & numis Abbatissæ se repræsentent, videre est apud *Leuckfeld.* l. c. Tab. I. & II.

g) Vid. quæ paulo ante ad lit. b) commemoravimus.

Sed Carolum M. ejusque posteros decurtatis fuisse gavisos, eadem testatur. a) Utrisque recentior noster est numus, seculis adeo nostris propioribus vindicandus, & Personæ Principi ætatis sequioris. At nec Principes inquis, absque Insignibus & armis comparent in numis suis? Comparent utique, quod cernis, sed rariuscule. Adde, quod capiti, quod omne numi spatium adimplet solum, arma tribui commode nequeant. Utinam vero suppeteret Inscriptio, aut probabilis aliquis character, seu κριτηριον, ut esset, quo dignosceretur numus haud male cusus; qui, & nullum alium è nostris sibi habet similem. Quod vero Personis sacris attribuere nolim numum, vel unicum sufficere arbitror argumentum, quod sacro habitu & Insignibus, sine quibus comparere in publico, ne debito (ceu dixi) fraudentur honore, illæ nolunt, & turpe sibi ducunt, destituuntur; Utpote quæ, secundum illud Poëtæ:

Principibus potius quam Personis Ecclesiasticis sunt adscribendi.

αἰὲν ἀριστεύειν, καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων,

admodum quam gestiunt.

§. LXXXVIII.

At vero nudo & aperto capite, simul & toto corpore, conspicui, visuntur, quos Fig. XVII. XIX. & XX. exhibent. Capillus minus prolixus, ac in numo vidimus antecedenti. Stantes πομπεύουσι Principes, (Principes enim sunt,) in primo æque ac tertio numo. Medius inter duas turres (quæ dominii & potestatis in oppida, quæ turribus utplurimum superbiunt, signa sunt & Insignia) arcui insidet, lilio, aut potius sceptro liligero, seu liliato, in utraque manu perillustris. Hujus fere commatis Bracteatum nobis exhibet Cl. *Leuckfeld.* aa) inter

Numi Germanorum Clypeis, scutis & vexillis conspicui.

Fig. XVII XIX. XX

Z

a) *Schlegel.* Apotelesm. de Num. Abb. Hersfeld. p. 79.
aa) Tab. I. n. 13. adde & Tab. II. n. 26.

inter Quedlinburgenses suos. Exhibet & B. *Schlegelius* b) in Hersfeldensibus. Primus & ultimus Clypeum, sive scutum, & ille quidem dextra, sinistra alter præfert. Vexillum uterque gestat. Scutum quod attinet, Insigne illud Ducum & Principum. Mosque hic à primis Veterum Germanorum moribus est deducendus: & sicuti illi olim in judiciis & locis illustrioribus non nisi armati comparebant: ita & in numis non aliter, ac in armis, repræsentari voluerunt. c) Neque alio modo *Salici proceres* pro tribunali sedebant, nisi cum scutis. d) Ac cum nostro ævo, cum usu telorum usus etiam clypeorum, quibus exceperant veteres hostium tela, & adversus ea corpus suum munierant, desierit, rarus hodie in sigillis æque ac numis scutorum usus, non tamen, quod pluribus docet celeberrimus *Hæpingus*, e) plane nullus. f) Non unius vero, quæ in utroque numo scuta conspicias, generis sunt. Trigonum, seu triangulare, quod & anceps dicunt, g) & Francis veteribus tribuunt, h) numi est Fig. XX. Alius generis numi XXXVI. nisi forte fasciam, seu involucrum, die Binde, oder Decke und Sack, in welchen man den Fahnen rein zu halten gesuchet, i) dicere velis. Equidem & palmam in sinistra sæpe manu Personarum Illustrium conspexeris. Idque splendidum victo-

b) l. c. Tab. V. n. 3.
c) Conf. *Schlegelius*, l. c. §. XLVII. ad lit. b
d) Teste pacto Legis Salicæ, Tit. 47. & 49. Conf. *Tacitus*, de situ, morib. & popul. Germ. C. XI. & Cl. *Vetterus* in cap. VI. Tacit. p. 36. it. C. XI. p. 64.
e) Tr. de Jure Insign. C. IX. n. 7. sqq.
f) Conf. Ill. Dn. *de Ludevvig*, Introd. in rem nummar. Germ. med. ævi c. XI. p. 100.
g) Vid. Capitul. Caroli M. L. III. c. 89.
h) *Cangius*, in not. ad *Alexiadem*.
i) Conf. §. LXIX.

victoriæ & triumphi signum & Præsules, k) & Principes seculares gestasse, in aprico est; & illos quidem, ut victoriam in rebus tam spiritualibus, quam secularibus, contra hostes quosvis; l) hos vero, ut armis partam, parandamque gloriam reddant quam testatissimam. m) At palmam, me quidem judice, frustra heic quæsiveris. Ad vexilla adeo redimus, quæ in dextris Principum numorum nostrorum conspicati sumus. At vero & Præsules, Principum etiam summorum æmulos, in Insignibus æque suis ac numis vexilla gestare, supra diximus. n) Principum tamen & medii ac recentioris ævi signum peculiare adserere haud vereor. In τεκμήριον collati ab Imperatore illustris dignitatis feudi, vexillum quondam gessisse Principes etiam supra tribus commemoravimus verbis. Sed & hac occasione liceat, altius quidem, cum Ill. Dn. *de Ludevvig* o) rem repetere. Ita vero ille: In die Fahne, welche die Bildungen der Fürsten öffters an statt des Schwerdts, oder auch neben demselben, in einer andern Hand, und zwar bald der Rechten, bald der Lincken führen, dann sich beydes findet, wissen sich die wenigsten zu schicken. Die Sache verhält sich also: Die Alten haben vor dem, jedem besondern Volck, wann die Armee aus vielerley

k) Vid. Nummorum Hersfeldens. Fig. II. Tab. II. apud *Schlegel*. l. c.

l) Id. l. c. §. XIV. p. 27. Conf. *Heineccius*. Syntagm. de Sigill. Veter. p. 162. *Si religiosi viri*, inquiens, *aut fœmina, hoc gestamine incedere videbuntur, signum id erit, triumphati Diaboli & mundi, quem religiosos & sacros homines diu noctuque oppugnare decet, &c.*

m) Alium palmarum in manibus, cumprimis Personarum sacrarum, finem *Kettnerus* in Histor. Quedlinburg. p. 285. tradit, die Palmen, inquiens, bedeuten, daß der Gerechte blühe, wie ein Palm-Baum. Et paulo post: Die Palm-Müntz ist vielleicht ein Begräbnüs-Müntz, so von ihren Sieg im Himmel handelt. Conf. *Olear.* in Specim. p. 15. & Spicileg. antiq. I. p. 16.

n) Conf. *Leuckfeldii* nummi Magdeburgenses, Tab. I. II.

o) l. c. C. IX. p. 97. Conf. *du Fresne* ad voc. Fahnlehen, f. 382.

Nationen bestanden, eine gewisse Haupt-Fahne gegeben. So findet man, daß in den Zügen nach dem gelobten Land, wann die Christliche Armee aus Frantzösisch, Englisch, Spanisch, Teutschen und mehrern Völckern bestanden, jede davon ihre National-Fahne gehabt, und sich zu derselben gehalten haben. Gleiches ist nun in Teutschland bey der Reichs-Armee, auch sonsten bey Reichs-Tägen, geschehen: Dann in beyden Gelegenheiten hatte man vorderme keine andere Abtheilung, als nach denen sechserley Völckern, Craysen, Hertzogthümern und Landen in Teutschland; deren jedes davon mit seinen eintzigen Lands-Herrn, oder Hertzogen, und dieser mit einer Haupt-oder National-Fahnen versehen war, zu welcher sich alle seine Vasallen und Unterthanen, Grafen, Herren und Knechte halten musten. Und dieses ist die Ursache, warum der Kayser diese sechs Lands-Herren mit einer Fahne, das ist, dem gesammten Volck, eines solchen Landes belehnet, und deswegen von diesen Fahnen **Fahnlehen** genannt haben. Welches dann diese Landes-Fürsten auch in den Bildungen auf ihren Müntzen vorstellen, und damit zeigen wollen, daß sie ihr eigen Gebiet hätten, und keinem andern Hauffen oder Herrschafft unterworffen wären. &c. Quo & illa *Hæpingi* p) de usu vexillorum faciunt: *erat quoque*, inquit ille, *vexillorum usus ad jurisdictionem probandam. Quando enim vexillum justitiæ in illum locum, ubi nundinæ celebrandæ erant, deferebatur, jurisdictionis arguebat possessionem.* q) Ex quibus luculenter satis patere arbitror, commemoratos numos nostros Fig. XX. & XXXVI. vexillis conspicuos nobilioribus Imperii Principibus, Ducibusve vel maxime deberi, adeoque haud perperam adscribi. *Leuckfeldii* quidem Tabulas

p) Tract. de Jure Insignium. C. XVII. n. 438.

q) Hinc & illa apud nos, quæ hodienum obtinet, consuetudo, ut in Nundinis tam annuis, quam hebdomadalibus, è curiæ fenestris vexilla exserantur, suspendanturque.

lâs Bracteatorum Magdeburgensum r) qui inspexerit, numosque ibi nostris quam simillimos repererit, (reperit autem tales n. 28. 29. alios,) Magdeburgenses & ipsos dixerit, imprimis cum & Burgum in bilaterali Fig. XXXVI. contemplatus fuerit, Personam vero illustrem, quam numi exserunt, Thebææ Legionis Præfectum, D. Mauricium, Martyrem s) salutaverit. At cum nimbus non appareat in nostris, in illis qui conspicitur: nolim sane Mauritiensis monetæ t) compellare titulo. Marchio potius Austriæ est, quem Fig. exhibet XX. cujus generis Bracteales sola suppeditat Austria. Testem invoco rei numariæ æque ac universæ Historiæ medii ævi condum, quod ajunt, promum, Ill. *Eccardum*, idem qui mecum sentit, idemque statuit. Seculum numo tribuo XIII. & fabrica & argenti puritate motus. Quem auctorem dicam, non habeo. Ex Bavaris vero est, quisque ille sit, & è Leopoldorum forte numero. u) Et quid obstat, quo minus in eandem etiam classem, meliora donec edoceamur, numum referamus Fig. XXXVI. nisi forte Marchionibus Brandenburgicis asserere eum velis. Cæterum & *Braccæ*, eæque succinctæ, quibus femora teguntur Personæ hoc in numo illustris, ut intentis spe- Fig. XX. Fig. XXXVI.

Z 3 cten-

r) Antiq. Numar. Halberstad. ad p. 171. sq.

s) De *S. Mauricio*, Legionis Thebææ Præfecto & Martyre vid. laudatus *Leuckfeld*. l. c. p. 160. sq. Heiligen-Lexic. p. 1438. *Bollandus* in act. Sanct. ad d. 21. Febr. f. 215. *Surius* in Vit. Sanct. ad 22. Sept. *Mart. Zeilleri* Historischer Anzeiger vieler Heiliger, rc. Leute/ p. 405. sqq. alii.

t) Monetæ Mauritiensis mentionem facit *du Fresne*, Glossar. Lat. Tom. II. f. 543.

u) Conf. Hübneri Tabb. Geneal. CXXIII. Ad tempora Ernestorum, qui & Alemanniam sub initium Sec. XI. rexerunt, & quos inter alter hujus nominis Weissenburgum Imp. Conrado Salico A. 1029. tradidit. (vid. Ill. *Eccardi* corpus Histor. medii ævi. f. 110. sq.) vix ausim referre numum.

ctentur oculis dignæ mihi videntur. *Barbarum tegmen* Tacitus vocat x) *quod barbarorum proprium eſſet*, earumque gentium, quæ in frigidioribus, Arctoisque regionibus habitabant, ut Getæ, Sarmatæ, itemque Germani ac Galli: y) dignus etiam *pileus*, qui in capite ſpectetur, libertatis Inſigne. z)

§. LXXXIX.

Vexillis ſimul & turribus conſpicui nummi.

Fig. XXXIII.

Et numis vexillis inſignibus, ſimul & Burgis, ſeu propugnaculis & turribus, cujus generis & ſupra exhibuimus, accenſendus mihi videtur, quem Fig. XXXIII. nobis ſiſtit. Bina quippe vexilla ſunt, quæ utrumque latus turris munitæ ſtipant. Averſa numi pars, cum eadem in Fig. XXXII. parmas ob oculos ponit Brandenburgicas, quas ſupra §. LX. cum Aquilis priſcorum Venedorum in ſcenam produximus. Quid adeo nos impediat, quo minus hunc numum annumeremus antiquis Brandenburgicis, iisque bilateralibus? Eſt equidem, qui viſo hoc in charta delineato numo, *numus Weiſſenburgicus*, adſcripſit: quod nam vero Weiſſenburgum ſibi velit, utrumque enim caſtrum, ſive Burgum, in Inſignibus ſuis tuetur, minime expreſſit. Malim adeo, quod tamen cum pace Viri in re numaria apprime gnari adeoque minime ſpernendi, dixerim, Marchionibus, quos paulo ante laudavi, Brandenburgicis aſſerere, idque quod dixi, ob ſimilitudinem, quam altero ſui latere cum Fig. XXXI. & XXXII. refert.

LXXXX.

x) Hiſtor. 2. 20. 2.

y) Ita habet *Faber*, in Theſ. Eloqv. Lat. ad voc. Bracca. Conf. *Cluveri* Germ. Ant. Lib. I. c. XVI. §. IX.

z) V. Hœpingus, l. c. c. II. n. 200. ſqq.

§. LXXXX.

Burgum etiam, ſeu caſtrum, aut potius Monaſterium, ſeu templum, quod ex cruce turri mediæ infixa colligas, fornici, ſeu arcui, ſive ponti, ſuperſtructum numus exhibet Fig. XXXV. bilateralis: ex arcu, ſeu fornice, caput proſpicit humanum. Altero ſui latere crucem ſatis magnam, ſpiſſamque, quatuor ſuis ſpatiis, ſeu intervallis amplioribus, totidem ſtellis diſtinctam, ornatamque viſendam præbet. Civitatis cujusdam nobilioris videtur numus; cujus generis Cruciatos, & ſupra a) non Civitati Halenſi in Suevia modo, ſed & Norimbergæ, Auguſtæ Vindelicorum & Ulmæ tribuimus, Cruciatis modernis noſtris proludentes, imo & originem nomenque comparantes. Quamvis, hoc dum ſentio, dicam ſcribere nolim, qui ſacris hunc noſtrum, & cruce, & ſacro ædificio perſvaſi, accenſere malint. Difficile eſt, de auctore numismatis judicare, ubi nec inſcriptioni, nec peculiaribus characteribus & χειτηρίοις, Inſignibusve, locus relinquitur. Quo in caſu probabilitati, & veriſimilitudini acquieſcendum, certiora dum edoceamur. Certiora autem ſuppetunt, quæ dicamus de numo Fig. XLVII. paulo tardius, & hæc quidem dum ſcribimus, oblato. Bracteatus eſt argenti puriſſimi: & lamellæ tenuiſſimæ. *Scutum* non modo *Landsbergenſe* duobus palis, ſive trabibus, ſecundum longitudinem collocatis, conſtans, ſed & quatuor, quæ in limbo numi viſuntur literæ L A N D, ut Marchionibus Miſniæ Orientalis, quos & Marchiones de *Landsberg* adpellatos novimus, tribuamus Bracteatum, perſuaſiſſimos nos reddunt certiſſimosque. Hodie in quarta ſerie Electoral. Inſignium, tertia teſte *Schlegelio,* b) eſt parmula, de quo verba faci-

Cruce & turribus, ſ. Burgo, notati Bilaterales. Fig. XXXV.

Numus Landsbergenſis. Fig. XLVII.

a) §. LI.

b) Tract. de Nummis Gothanis, p. m. 114.

facimus, scutum. At vero cui Marchionum numus assignandus sit noster, haud sane facile divinaveris. Si Weckio c) fides habenda ad *Ottonis Divitis*, cujus auspicio Pons Dresdensis altera vice sub finem Sec. XII. ex fundamento excitatus est, & *Henrici Illustris*, tempora referendus erit. Ita enim ille: Die Müntze oder Pfennige (Landsberger-Pfennige) aber, so damals, wie erwähnet, zu Lohn gegeben worden, und allhier noch fürgezeiget, auch die Brücken-Pfennige genennet werden, haben zum Theil im Gepräge das Landsbergische Wappen / und sind am Halte von guten Silber, ohne eintzigen Zusatz, und gantz dünne, als ein starcker Lohn; ꝛc. Sed aliter sentit Cl. *Schlegelius: Numos, quod concernit*, (de quibus sermo est,) inquiens d) *minimi illi sunt* moduli, vel *sine literis*, vel *cum his* LAND, *hujusque formæ. Sed cui Marchioni assignandi, hoc forte non facile divinaveris. Si denominationem attendas, nemini forte rectius, quam Theodorico V. seu Pingui, Henrici Illustris filio, quippe, qui ultimus hoc axiomate, ex Patris indulgentia usus est; & exinde in sigillo hanc etiam præfert perigraphen :* S. Friderici Dei Gracia Marchionis de Landsberg. Et paulo post: *Si dicendum, quod res est, illi,* (numi Landsberg,) *meo judicio, longe sunt recentiores, cujsque* Friderici Simplicis, Balthasaris Filii, *ævo, qui A. 1440. ad plures abiit. &c.* At displicet hac in re *Schlegelii* sententia: quis enim est, qui nesciat, medium Sec. XV. fatale fuisse numis Bracteatis, ea cumprimis λεπτότητι, qua noster, fabricatis, addo, & ea argenti puritate. *Weckio* potius assentior, & superioribus ætatis Bractealium seculis numum adscribo.

§. XCI.

c) In chron. Dresdens.

d) l. c.

e) Conf. Auctor. der Nachricht von den Sächsischen Groschen, p. 127. it. 133. sq.

§. XCI.

Bracteati suppletorii Helvetiis maximam partem accolisque tribuendi.

Pauci, qui nobis supersunt, numi bracteales minimi partim moduli sunt & quantitatis, partim & cuprei: plerique omnes vero suppletorii, minus adeo digni, ut in iis describendis & explicandis prolixi simus & verbosi. Quem Fig. XXX. exhibet, numulus ævi dentibus erosus adeo est, & exesus, ut parum certe quod de eo dicas, suppetat. Hominem in eo videas, nescio quid manibus ante se ferentem. Adscripti characteres literis S. & G. haud absimiles sunt: quæ, quin S. Gallum, Apostolum & Eremitam Helvetiorum, Monasterii Sangallensis Patronum, a) referat, haud omnino dubium est. Nec fabrica repugnat asserto. Haud adeo perperam Abbatum Sangallensium numulum, quod & supra ὡς ἐν παρόδῳ asseruimus, dixeris. Numus, quem Fig. LI. ob oculos ponit, is ipse est, qui apud celeberrimum *Liebknechtium.* b) locum occupat postremum, alio vix dignus. Crux ejus liliis undiquaque condecorata, ut sacris annumerem, jubet, aut certe svadet. Ejusdem census est numus Fig. L. Eundem & Helvetiis tribuo. Tribuo & numos Fig. XLVIII, & XLIX. quibus inter numos antiquos quadratos, cujus generis & figuræ bracteales ad A. usque 1400. Tigurinos cudisse *Stumpfius* apud *Moserum* c) auctor est, locum debemus. Auctores inscriptæ literæ produnt. Totus cupreus, adeoque non nisi suppletorius numus Fig. LII. Facies, quam exprimit, corvi de Auctore haud plane dubios nos relinquit.

Fig. XXX.

Fig. LI.

Fig. L.

Fig. XLVIII. XLIX.

Fig. LII.

Aa §. XCII.

a) De S. Gallo, ejusque vita, miraculis & morte, quam A. 640. æt. 95. oppetiisse perhibetur, consulatur *Zeillerus*, in s. Anzeiger vieler Heil. Leute/ꝛc. p. 236. it. Heiligen-Lexic. p. 760.

b) Epistol. de Bracteat: Nummis Hassiacis, p. 82.

c) In s. Anmerckungen über Herrn von *Ludevvig* Einleit. zu den Teutschen Müntz-Wesen mittlerer Zeit. p. 39.

§. XCII.

Conatus ſuos in explicandis numis ſuis excuſat Auctor.

Et hæc quidem de forma Numorum Bracteatorum in genere; & in ſpecie quidem de numis noſtris Nordgavienſibus, ſeu iis, qui haud ita pridem apud nos reperti fuere, innotueruntque, dicta ſunto. Quæ ſi minus ſatisfecerint Νομισματοφίλων curioſorum expectationi, ſalivam ſaltem, quod ajunt, movebunt, ſimul & anſam præbebunt, ſtudioſius æque ac accuratius rem inſpiciendi & conſiderandi, additamentisque novis (facilius quippe inventis aliquid addere, quam invenire) adaugendi. Cumque omnino nullus ſit, quod ſciam, qui Numos Bracteatos noſtrarum adfiniumque terrarum ad hoc usque tempus penſi habuerit, ſcriptoque publico colluſtrarit, glaciem fregiſſe haud ſane abs re fuerit. Quid? quod hac ipſa noſtra cura & ſolertia, excitati ſunt nonnulli, iique Viri nobiliſſimi, & moti, ut, quos olim flocci habuerunt antiquos Germanorum numulos, pluris facere, colligere & penitus inſpicere, &, qui de iis fiunt, ſermones, attentis auribus captare & percipere jam nunc demum incipiant.

§. LXXXIV.

Finis NumorumBracteatorum.

Sed ante Colophonem quam addamus commentationi noſtræ, de *FINE* quoque Bractealium, non noſtrorum magis, quam generatim ſpectatorum, pauca dicenda ſunt; ſed non niſi ὡς διὰ βραχέων: plurima enim, quæ heic dici merentur, dicta arbitror. Non unum eundemque numorum Bracteatorum omnibus temporibus fuiſſe finem & uſum, reperimus magis, quam aſſerimus hoc loco. *Conſtantinopolitanos in Oriente Imperatores Bracteatos* (καυκίας ſ. Caucios, ſupra diximus,) *olim cudiſſe, & Conſulibus in ludis publicis ſpargendi poteſtatem conceſſiſſe, ne videlicet ſumptibus in ſolidis nummis ſpargendis exhaurirentur*, Auctor eſt Nobiliſſimus *Sperlingius*.

a) Par-

a) Parſimoniam adeo *finem* ſta uiſſe antiquiſſimis temporibus Bractealibus ſuis, ſeu *Cauciis*, orientis Imperatores, eosque Conſules, favorem populi ut demererentur, in ludis publicis, ſparſionibusque numariis, adhibuiſſe, ex iis, quæ modo diximus, diſpaleſcit.

Parſimonia partim,

§. XCIV.

Germanos, quorum rem numariam potiſſimum reſpicimus, ad hoc genus monetæ fabricandum, & prima quidem Bractealiam ætate, probitatem impuliſſe & fidem, quam nullo non tempore adverſus pecuniæ adulteratores ac impoſtorum fraudes ſartam ſervare tectamque ſtuduiſſe perhibentur, à technis fraudibusque improborum, falſariorumque, alieniſſimi, & ſupra quoque diximus & auctoritate Cl. *Olearii* aa) aſſertum ivimus. Ipſa auctoris & teſtis luculentiſſimi elegantia, quæ h. l. repetere liceat, verba ſunt: Der Römer falſches Geld gab hierzu (ad numos puta Bracteatos) Urſache; als welches zum Theil auſſenher gut Silber, inwendig aber mit Ertz oder Eiſen unterleget war: Daher ſie ſubærati, oder ſubferrati genennet wurden. Weil aber die alten Teutſchen ſolchen Betrug unter ſich nicht leiden konnten; ſo machten ſie ihr beſonders eigenes Geld, und deßwegen ſo gar dünne, daß kein Betrug darunter ſeyn kunte. bb)

partim, & apud Germanos quidem Probitas & fides jactantur.

Aa 2 §. XCV.

a) Epiſtol. de Numm. Bracteat. & Cavor. Origine & progreſſu, p. 15. Conf. *du Freſne* Diſſ. de Infer. ævi Numismat. §. XCVIII. Sed & hujus generis ſparſiones ἐν μηλιοφορίοις τε καὶ μήλοις, καὶ τετραγώνοις συμμέτροις factas Novella Juſtiniani, 105. c. 2. §. 3. teſtatur.

aa) Curieuſe Müntz-Wiſſenſchafft, p. 75.

bb) Conf. §. XXXIV. Ubi & aliter ſentientium dubia commemorantur. Eandem in re numaria probitatem & fidem Anglis tribuit *Simeon Dunelmenſis*, Hiſtor. Angl. p. 231. *Quoniam*, ſcribens, ſæpiſ-

§. XCV.

Quo & numorum suppletoriorum, ceu audiunt, ratio.

Sed de Fine Bracteatorum omnia non diximus, de probitate & fide Majorum nostrorum verba dum fecimus, eorumque mores laudavimus. Alius, isque potior & propior, inquirendus est. Pecuniam in universum *Hachenbergius* a) definit *Clarissimum societatis vinculum*, *commodissimum miscendis inter populos ac nationes commerciis instrumentum & negotiationis nervum.* Et celeberrimus *Conringius* b) finem numi statuit, *ut cedere possit in commercia ac omnia valere.* Bracteatorum adeo, qua numi sunt, idem cum aliis numis Finis est. Uti vero, quo commode utamur numo, commerciis, ceu diximus, instrumento utilissimo, non aurei tantum varii generis, non Coronati solum & Vallenses seu Thaleri; Sed & minoris monetæ genus, quod diximus suppletorios, vulgo Scheid-Müntze, opus sunt, *ut promptam videlicet habeant Cives minutatim emendi & vendendi facultatem:* c) ita, si numulos, nostros cumprimis Bracteales, qua tales, in tenuissima sua λεπτότητι consideres, aliosque aliis & majores & minores perspexeris, ad utilitatem æque ac commoditatem in commerciis plerosque omnes eorum factos si dixeris, haud sane male judicaveris:

sæpissime denarii eligebantur, flectebantur, rumpebantur, Rex (A. 1108.) *statuit, ut nullus denarius vel obolus, quos & rotundos esse instituit, aut etiam quadrans, integer esset.* Conf. *Spelmanni* vita apud *Tentzelium*; ubi amplissimus Auctor id velle cum *Dunelmensi* Spelmannum docet, tenues & fere Bracteatos fuisse illos novos numos, utpote falsariis minime obnoxios. Vid. *Schlegel.* de Numis Isenacens. p. 174.

a) Germ. med. Diss. X. §. 1. p. m. 354.

b) Disp. Polit. de re nummaria in Rep. quavis recte constituenda, §. IX.

c) Verba sunt nobilissimi *Sperlingii*, Epist. laudat. p. 46.

ris: quippe *quibus in minutis ac quotidianis rebus commercandis aut distrahendis Cives separarentur, ne ad Collybistas prius itare necessum haberent.* d) Qua ratione ex *Sim. Dunelmensis* Histor. Anglicana paulo ante laudata e) constat, Denarios Anglorum flexos ruptosque fuisse, h. e. interprete *Tentzelio* f) in binas, vel quatuor partes scissas & diffractas, quoties obolum, vel quadrantem dare vellent. g) Ex quibus disruptorum denariorum partibus postea Rex *Henricus* obolos primum & quadrantes i. e. *Sperlingio* h) interprete, Bracteatos & quidem rotundos, primus fecerit. Quem morem postmodum ab Anglis ad Germanos transiisse autumat laudatus modo *Sperlingius.* i) Cl. *Schlegelio* contra à Germanis Anglos rem didicisse contendente. k)

§. XCVI.

Ex solidis quippe numis, iisque, cum Romanorum, aliarumque exterarum nationum, tum propriis, in summa auri argentique inopia, numulos suos Bracteales factitasse primum Majores nostros, nemo forte rei numariæ Germanorum Vete- *& Argenti inopia spectant.*

Aa 3 rum

d) Laudatus modo *Sperlingius,* p. cit.

e) Conf. quæ dicta sunt ad §. anteced. lit. b.)

f) l. c.

g) De numis, s. denariis istis *Sperlingius*, Epistol. laudat. p. 80. *Quoniam* cruce signati erant, ea crux tam profunde sulcabat denarios, ut facile, quando opus erat, dimidiam ejus partem, vel quadrantem, diffringere ab eo possent & solvere.

h) l. c. p. 80.

i) Id. l. c.

k) De nummis Isenac. p. 174. Et huc denique spectant verba *Moseri,* l. c. p. 9. Bey den alten Teutschen ist das Tauschen starck im Schwang gegangen, und das Geld zur Vergleichung des Uberschusses beygeleget worden / da man dann eher kleine / als grosse Stuck nöthig gehabt.

rum peritus traxerit in dubium; idque, quo & commodius & parcius in commerciis, rerumque pretiis statuendis, solvendisque, opibus suis consulerent. Loquuntur hac de re annales temporum; sed & hoc loquuntur, non omnibus æque cordi fuisse laudabile institutum. Testis *Lambecius*, a) qui memoriæ prodit: (id quod & supra obiter commemoratum) *Circa A. 1336. Hamburgensis Civitas cudere cœpit suos Bracteatos, & ex solido quidem denario quatuor Bracteatos, quos & eo nomine* Veerlinge *adpellant. Mox Clerus querebatur, oblationes solitas, quarta parte jam sibi diminui his nummis, qui antea solidum offerre solerent, nunc non nisi Veerlingum talem tribuerent; Civibus gaudentibus, pauperculis cumprimis, onus illud sic imminutum. Archiepiscopus præcipit, ut hortarentur Clerici populum, ne ejusmodi Veerlingos offerrent: strenue rem agit Clerus, ac diras & imprecationes ex cathedris addit contra eos, qui Veerlingos offerebant. Res prope tumultum erat. Intercessit tandem Senatus, statuitque: nullus inducetur, nec prohibebitur ad offerendum Veerlingos, sed quilibet secundum voluntatem suam & gratiam sibi à Deo datam offeret quod sibi placeret.* Eadem fere de Stralsundensibus refert *Huitfeldus*: b) *Ex solidis*, scribens, *Cavos fieri curabat Civitas. Clerus cum ad quadrantes res suas redire videret, insurgit contra Senatum, & sumtis armis, armenta & pecora abigit, villas in cendit, & Cives palantes extra portas captos abducit. Plebs commota omnes Sacerdotes & Clericos ad centum in Urbe una domo clausos jam flammis destinarat, &c.* Pluribus rem enarrat *Sperlingius*. c) Quo facit, de Erfurtensibus quod commemorat Celeberr. Dn. *de Ludewig*. d)

§. XCVII.

a) Lib. II. Rerum Hamburg. p. 299.
b) In Chron. Pomeran. ad A. 1407.
c) l. c. p. 46. sq.
d) l. c. C. V. §. 5. Conf. p. 73.

§. XCVII.

In qua u. inopia beatiora Secula superiora, quam in divitiis suis nostra.

In qua tamen paupertate & inopia sua (liceat paulisper ab instituto digredi,) non infeliciores illi reputandi sunt, ipsis, qui seculis sequioribus pecuniosis auro luxuriare didicere, argentoque, posteris suis. πλοῦτος quippe κακίας μᾶλλον, ἢ καλοκἀγαθίας ὑπηρέτης. a) Crescunt cum opibus vitia, & malorum irritamenta sunt numi. Adeoque scite olim Tacitus: b) *argentum & aurum propitii, an irati Dii Germanis negaverint, dubito.* c) Qua enim re meliores facti Germani repertis apertisque, in Saxonia æris, argentique, venis? à pristina certe defecerunt morum probitate, continentia, fide, aliisque, quæ Germanos gentibus Europæ plerisque omnibus, ipsisque eorum hostibus, fecere commendatissimos virtutibus. Quantæ, quæso, ex novo orbe novissimis nostris Seculis in Europam, mox & in Germaniam importatæ sunt divitiæ? quantæ opes & thesauri? ecqua vero in re tantis aucta thesauris felicior reddita est & melior Gens nostra? Melior scilicet facta est, ut Roma spoliis aucta & opibus Asiaticis. Quæstio adeo non ab re nata: *Num opes Americanæ, ipsaque adeo novi orbis inventio, è re fuerint gentium Europæarum?* d) Damna certe haud mediocria pecunioso, perditissimoque ævo nostro, quo rerum pretia immane quantum crescunt, patiuntur, qui ære ac Salario in summa vete-

a) Ita vere sentit & scribit Attica illa Suadæ medulla *Isocrates* Orat. I. ad *Demonicum*, c. II. n. 5.

b) Libell. de Situ, moribus & populis German. C. V. p. 29. Edit. Cl. *Ditmari.*

c) Huc facit Mela, C. II. *Sarmatæ* (quos inter & Germanos ponit,) inquiens, *auri & argenti, maximarum pestium, ignari, vice, rerum commercia exercent.*

d) Consulatur hac de Quæst. *Zennerus* in s. neuen Europa, C. IV. p. 58. sqq. Conf. quæ & obiter supra §. XXXV. hac de re diximus.

veterum paupertate constituto merent, Reip. deserviunt. Quæ vel uno olim, minoris etiam magnitudinis & moduli, Panningo, (Pfennige,) seu Bracteato, qui grosso nostro respondisse perhibetur, vendebantur pristino ævo, vix decem nostro redimuntur. Vere proinde de hac temporum nostrorum infelicitate ὁ πάνυ de Ludewig: e) Wenn man die alte Bau-Rechnungen ansiehet, so hat jeder Handwercks-Mann des Tags einen Pfenning, oder heutigen Groschen bekommen; da man jetzo kaum mit 8. oder 9. Groschen bey demselben auskommen kan. Wenn der Eymer Wein am Rhein-Strohm in den alten Zeiten etwa ein Loth Silbers (oder 16. biß 20. Bracteaten,) gegolten: so hat man solches, als theure Zeiten gerechnet. Die Bestallungen in den uralten Reichs-Städten sind deswegen/ wo man selbige nicht erhöhet/ noch jetzo so schlecht/ daß eines manchen Mannes seine volle Jahrs-Besoldung von 10. oder 20. Reichs Gulden bestehet/ damit man jetzo kaum eine Wochen haussen kan/ u. s. w. Und bald hernach: Weswegen dann die Billigkeit der Sachen erfordert, daß man allenthalben etwas zugesetzet, und die Summen um ein ziemliches, auch den Werth des Geldes, bey jetzigen Zeiten erhöhet hat. Affinia sunt, quæ Cl. *Leuckfeldius* f) eadem de re commentatur & queritur: Man findet, scribit ille, zum öfftern in den alten Chronicken, daß ein jeder Arbeiter vor seine Arbeit den Tag einen Panningum, oder Pfennig, das ist, einen Bracteaten, bekommen. Nachdem aber eines jeden Arbeit beschaffen war, nach solcher ist auch der Bracteat, oder Blech-Pfennig, groß und klein gewesen. Er konnte aber damals mit einen kleinen, weilen die Waaren sehr wohlfeil, und das Silber in einen erhöhten Preiß waren, mehr ausrichten, als jetzo mit vielen Groschen. Welches diejenigen noch

e) In s. Einleit. in das Teutsche Müntz-Wesen mittlerer Zeiten, pag. 221. sq.

f) Antiquit. Nummar. Halberstad. p. 38. ad lit. dd.

noch am meisten empfinden, deren Vorfahren Deputat und Besoldung nur noch vor 200. Jahren gesetzet, und zu Geld angeschlagen ist. Dabey man aber in alten Schrifften bißweilen aufgezeichnet findet, daß damals ein Pfund Fleisch einen Pfenning, und ein paar Schuh 3. biß 4. Groschen gegolten, welches mit jetzigen Zeiten nicht überein kommt. Dahero es auch billig wäre, daß die Besoldungen, besonders vor arme Kirch- und Schul-Bediente, nach jetzigen Preiß eingerichtet würden. Sed hæc inter pia desideria.

§. XCVIII.

Ad institutum è diverticulo redeo. Purissimi argenti numi, iique tam solidi, quam bracteati, non nisi ad usum Reip. in summa melioris, seu nobilioris, æris prodiere inopia. At vero quo plures repertæ, apertæque venæ, & largior suppetebat argenti copia, eo etiam, quod mireris, deterioris æris protrudi cœperunt numi; nec ad usum tantum vitæ necessarium, qui primus & proprius numorum finis, sed ad pompam etiam & ostentationem cusa moneta. Hinc tot numi mnemonici, memoriales, inaugurales, *pieces de plaisir*, ut Galli salutant. a) Monasteriorum, templorum, Episcoporum, Abbatum consecrationes, inaugurationes, &c. numis, ut æternitati rem traderent, committebantur: dignitates quoque, prærogativæ, opes, &c. præsulum & magnatum, ad posteros ut

Ex rerum melioriam finem Bracteatorum sunt, qui asserunt.

Bb defer-

a) Num & numos memoriales cudi curarint Romani, sunt qui dubitant. Non affirmat solum *Svaresius*, Differt. de Numismat. C. VII. VIII. Sed & complures eorum exhibet. Conf. Cl. *Olearius*, in s. curiösen Müntz-Wissenschafft, p. 54. An in ære potius, quam in auro & argento, fabricandi sint, disceptant Viri nobilissimi Dn. *de Ludevvig* & *Moserus*; ille l. c. p. 63. hic in Animadv. sæpe laudatis, p. 33. Conf. Negelini Thesaur. Numism. hodiernorum in præfat. anni 1704.

deferrent, commendabantur numis. Quid? quod non desint Scriptores, qui numos Bracteatos omnes in hunc censum referant. Cl. sane *Spangenbergius* b) haud veretur scribere: Die dünnen und zum Theil gar breite Pfennige, sind anders nichts, denn Gedächtnus gestifteter oder neu-erbauter Kirchen, Capellen und Clausen: Darum auch mehrentheils Bischöffliche, Prälatische, oder Heiligen, stehende, sitzende, oder reitende Bildnüsse darauf geprägt. Selten findet man, wo ihrer viel bey einander, eines Kaysers, Königes, oder Fürsten Bild und Nahmen darauf. Drum sind es meines Erachtens nur Gottes-Pfennige gewesen, die man beneben zugesagten und vertrösteten Ablaß denen mittheilet, die etwas zu solchen Gebäuden gesteuert. c) Idem sensisse olim B. *Tentzelium* perhibet Cl. *Schlegelius*, d) *Olearium* e) item, & alios, Dissertatione de Nummis *Mühlhusinis* f) impugnatos, cum Ill. Viro, Dn. *de Ludevvig* faciens, hoc de negotio scite scribente: g) Was nun die Hohl-Müntzen an sich betrifft, so machen zwar einige nur blosse Gedächtnus-Müntzen aus demselben. Allein es ist solches in der That falsch, und aus der Menge, welche obgedachter Bauer allein zu Göritz von einem Schlag ausgegraben; wie auch daraus, weil die wenigsten solcher Müntzen die Gedächtnüß einer Sache vorstellen, genugsam zu ersehen, daß die Hohl-Pfennige ein gangbares Geld gewesen, dessen man sich in Handel und Wandel bedienet. Inter quæ sententiarum divortia si, quid ego sentiam, dicendum; inter Bracteatos majores, minoresque;

b) Tr. von dem Gebrauch und Mißbrauch der Müntzen, p. 220.
c) Conf. Excell. *Liebknecht*, Differt. Epistol. de Num. Bract. Hassiacis p. 43. sq.
d) Apotelesm. de Numm. Abb. Hersfeld. §. XIII. p. 25.
e) Et id quidem Isagog. ad Numophyl. Br. p. 26. inde nomen Heiligen-Pfennige/ sortitos fuisse Bracteatos autumat.
f) p. 167. sq.
g) l. c. p. 64.

resque; inter ἐγγεάφυς, & ἀχεάφυς Iconibusque nobilioribus insignitos, iisque destitutos; & denique majori cultiorique, & vulgari rudiorique stilo fabricatos, distinguendum arbitror. Prioris ordinis plerosque omnes *mnemonicos* seu *memoriales*, h. e. in rei cujusdam notabilioris, aut Personæ illustris, memoriam factos, quamplurimos etiam quod eodem redit, *inaugurales*, mecum si statueris, dixerisque, à *Spangenbergio* quidem, & qui cum eo faciunt, multum; à *Tentzelio*, *Oleario*que parum, à *Schlegelio* denique, & quem iste suffragantem sibi laudat, Excellentissimo Dn. *de Ludevvig*, minime discesseris. Facit & nobiscum Nobilissimus *Sperlingius*, Episcopos maxime Germaniæ majoribus bracteis suis ποιμπέυειν consuesse asserens. h) Nec alienus à nobis *Leuckfeldius*, ὁ μακαρίτης, inter *memoriales* & *usuales* Bracteatos caute distinguens. i) E nostris memoriales paucissimos, & mere quidem tales dixerim, usuales plerosque omnes. Quod argumentum, singulos numos quoad ejus fieri potuit, explicando & illustrando, pluribus supra prosequuti sumus.

Idque non perperam statuunt.

§. XCIX.

Omnium adeo Bracteatorum, quos è Classe numorum Usualium, quorum maxima pars est, eximimus, finis quin sit primarius memoria rei, aut facti cujusdam memoratu digni, vel etiam personæ, cujus perpetuæ ἀναμνήσει apud posteros dicabatur numus, nullum sane dubium. Ubi tamen & hoc non negandum, memorialium perquam multos in classem etiam usualium certo modo referri, id quod & hodienum fit, a) & pos-

Complures adeo Bracteatorum in censum numorum memorialium sunt referendi.

h) l. c. p. 76.
i) l. c. p. 38.
a) Ecquis enim nescit, numorum memorialium plerosque omnes (*pieces de plaisir* supra diximus,) in commerciis locum etiam Usualium obtinere?

& posse & debere. b) In universum vero Pompam de qua diximus, & ostentationem, nec non æmulationem, Præsulum cumprimis, qui summis Imperii Principibus & Proceribus nec dignitate, nec privilegiis & prærogativis, inferiores esse volebant, ab ipsis sæpe summis Orbis Principibus iis ultro mactati & condecorati, c) ut ipsorum sæpe numorum generatim, ita tantum non omnium bracteatorum finem fuisse palmarium, haud postremum saltem, est, quod vel maxime assevero: ut prostaret scilicet, & ipsorum in re publica imago, quam cives pariter & subditi, nec non exteri & alieni, suspicerent, colerent, ac devenerarentur. Qua de re multa habet, quæ, non æque tamen approbantibus omnibus, νομισματοφίλως docet, & passim tradit, Dn. *de Ludevvig*, d)

§. C.

Αἰσχροκέρδειαν etiam Bracteatorum Auctoribus, sunt qui objiciunt.

Sunt denique, qui in tenuissima Bracteatorum quamplurimorum, Sacrorum cumprimis, λεπτότητι, & figuris, imaginibusque, citra omnem solertiam & ἀκριβείας studium factis, φιλαργυρίας & αἰσχροκερδίας accusare audent & incusare eorum auctores. Die Bracteaten, hac de re scribit noster *Moserus*, sæpissime honoris ergo in scenam productus, wurden gemeiniglich in kurtzer Zeit wieder umgeschmeltzt, und ungültig gemacht. Wo nun die Müntz-Herren geitzig waren, oder das Geld um Handels und Wandels willen, und nicht reputation halben, schlagen lassen, so waren sie zufrieden, wann man nur wuste, von wem die Müntze wäre, und achteten, es trüge der Kosten und Mühe nicht aus, deswegen Wercke und Meister zu bilateralibus, welche ohne Zweif-

b) Conf. *Moserus*, l. c. p. 34. sq. nec non *Liebknecht*, l. c. §. XIX. Add. *Olear*. Spicileg. Antiq. p. 15.

c) Vid. Ill. Baronis *de Falckenstein* Prodromi Chronici Aureatensis Præfat.

d) Lib. laudato.

Zweiffel höher zu stehen kamen, und resp. schwerer zu bekommen waren, verfertigen und beschreiben zu lassen. a) Et alibi: b) Geitzige Müntz-Herren liesen das gute Geld aufwechseln, und schlechtes daraus schlagen; welches sie wohl thun konnten, weilen sie versichert waren, daß es ihre Unterthanen nehmen müsten ꝛc. Quoties etiam Præsul novus, aut Princeps, defuncto, aut officio moto antecessore, rerum potiebatur, omnes ab illo cusi & fabricati numi valore suo privabantur, prohibebantur, inque officinas monetarias eos deferre, novi Domini auspiciis, insignibusque ornandos, aut moneta nova, quæ sola valebat, c) cum cambio commutandos, cives & subditi jubebantur. Nec omni culpa vacat, sacra potius auri fames est salutanda, illorum Præsulum antiquorum pia, ut videri voluit, liberalitas, qua viris potentibus, divitibus & pietate conspicuis, Patronis item & benefactoribus, (id quod paulo ante ex ore *Spangenbergii* commemoravimus,) numos novos suos Sanctorum imaginibus & Sacris sæpe ædificiis ornatos, adeoque sacros, cumprimis mnemonicos, in tesseram favoris & amoris, & quæ præterea ad superstitionem alendam facere possent, distribuebant, in retributionem ac remunerationem opima munera, ex felici quasi messe, ad Monasteriorum suorum commodum, vicissim sibi pollicentes, repetentesque. *Haud enim istius ævi erat*, inquit noster *Schlegelius* d) *Laicis dare; sed lucrum potius ab iisdem accipere.*

Bb 3 §. CI.

a) l. c. p. 10.
b) l. c. p. 14.
c) Quia adeo novitas numorum non gratiam modo, sed & valorem illis conciliabat, nata consvetudo est, ut numus etiam inferiorum Seculorum inscriberetur: NOVA MONETA, ut quæ veteri abolita.
d) Apotelesm. de Numm. Abb. Hersfeld.

§. CI.

Eum etiam in finem Bracteatos excudisse Præsules perhibentur ut haberent, quo ædificia sacra instaurarent, reficerentque.

Huc denique pertinet, quod ab Episcopis, Abbatibus, quique præter eos Præsulum nomine veniebant, in eum quoque finem fabricati sæpe sint & cusi numi Bracteati, ut suppeteret, quo operas laboresque Architectorum, Artificum, Opificum, eorumque administrorum & operariorum, in monasteriis & templis, & sacris præterea ædificiis, vel exstruendis, vel amplificandis, vel reficiendis & restaurandis, compensarent. Quorum sumtuum intuitu haud raro ab Imperatoribus æque ac Principibus eximia jura, privilegia, immunitates, telonia, &c. consequuti sunt; numi vero. qualescunque etiam fuerint, præter supra commemorata nomina, Heiligen-Pfennige, Pfaffen-Pfennige, ꝛc. præ ceteris dignitatem, valorem & applausum: ut & de aliis, quæ ad superstitionem, cui ævum istud addictissimum erat, alendam, promovendamque usui erant, spectabantque, taceam.

§. CII.

De Inscriptionibus Bracteatorum;

Et hæc quidem maximam partem, pluraque alia, quæ ad antiquitatis notitiam longe accuratiorem faciant, & scitu adeo sunt dignissima, clarius multo, ex, *mnemonicis* cumprimis, Bractealibus, disceremus, si plerique eorum, (quod de nostris plus simplici vice conquesti sumus,) non destituerentur Inscriptiobus, auctorem, pretium, annumque æræ Christianæ numismatophilos edocentibus. Hinc adeo fit, quod in multis dubii parum consulere vel propriæ, vel aliorum notitiæ sufficiamus, sustineamusque, ad probabilitatem sæpenumero descendere coacti. At vero causam si quæsiveris, quod in plerisque, minoris cumprimis moduli, Bracteatis, nulla habeatur, Epigraphe,

phe, a) non in ἀμελείᾳ modo in quam multoties invecti sumus, infiiceti ævi, & sculptorum artificumque, quorum haud pauci vel ipsas litteras ignorabant non nisi Monachis excolendas, inscitia, aut sordida Seculi parsimonia, qualescunque impensas recusante; sed & in ipsorum sæpe numero numorum, seu lamellarum, λεπτότητι, profunde imprimendas literas non admittente, omnino eam repereris. Sicubi vero in Bracteatis, iisque cumprimis memorialibus, reperiatur Inscriptio mirum sane, quod Latinis potius, quam vernaculis, ea concepta est literis vocibusque. At minime mirum, ævi illius genium si spectemus, & morem. Jure quasi monopolii Monachi vindicabant sibi & venditabant literas & artes, ac nihil non lingua Latina tradere, aut tegere potius, studebant. Quid? quod & sacra, Ægyptiorum more, qui Hieroglyphicis & symbolis docebant, utplurimum linguam Germanicam ipsi ignorantes ex Italia acciti, & turmatim advolantes nonnisi eruditorum lingua populo tradenda curarint. Quæ forte & causa est, quod & seculis sequioribus Latina lingua non in sacris modo, sed & in curiis Imperatorum & principum in usu & quasi-possessione permanserit, b) & Clerici in Cancellariis,

quæ, si ad sint, non nisi Latinæ sunt.

Cujus ratio redditur.

a) Alius Turcorum mos. Imagines in numis illi respuunt: Inscriptiones & literas amant. Sed quare? respondet Celeberr. *de Ludewig*, CXII. p. 152. Die Türcken machen auf das Ausgab-Geld keine Bildungen, sondern blosse Schrifften: weil sie das Angesicht ihres Souverainen viel zu heilig halten, als daß man selbiges bey jeder schmutzigen Handlung, durch die Hände gehen lassen solle. An statt dessen haben sie auf ihren Gelde allerhand geistliche Sprüche. De Dictis vero S. Scripturæ in Numis quid sit habendum, Disputat Dn. de *Ludewig*, l. c. C. IX, §. 15. n. m. p. 88. ea que, (die Biblische Sprüche, scribens, kommen von den Pfaffen her, welche noch darzu einen garstigen Mißbrauch haben, ꝛc.) ut ipsas imagines sacras, improbat. Conf. *Moserus*, l. c. p. 75.

b) In Concilio Moguntinensi A. 1235. primus vernacula lingua Imperii

riis, consiliisque sanctioribus, locum haud postremum obtinuerint. c)

§. CIII.

Cur in Bracteatis non aeque ac in Solidis litera compareant monastica?

Sed & aliud est, quod in Inscriptionibus Numorum Bracteatium, maxime quidem Mnemonicorum & Inauguralium observemus; eorum videlicet plerosque omnes a) literis majusculis seu Versalibus, & non aeque monasticis, quas vocant, Mönchs-oder Closter-Schrifften, in quibus exornandis & poliendis

rii Recessus, (uti vocant) publicatus dicitur. Vid. *Struvii* Reichs-Historie, C XX. §. 10. & sub finem Sec. XIII. A. 87. ab Imp. Rudolpho Recessum Imperii alterum eadem lingva (literis quidem Latinis) esse promulgatum, & ex eo demum tempore linguam Teutonicam in curiis Principum magis magisque usu fuisse receptum, praeter *Aventinum*. Lib. VII. Ann. Boj. C. g. 11. 4. *Crusium*, Annal. Suev. L b. III. Part. III. Cap. I. nec non *Conring*. de Orig. Jur. Germ. C. CXVII. *Struvium*, l. c. C. XXIII. p. 118. *Lehmannus* Chron. Spir. Lib. V. Cap. CIIX. f. 554. pluribus docet. Conf. de *Ludevvig*, l. c. C. XII. At vero seculo demum XV. Maximiliani Imp. auspiciis lingva vernacula passim in Curiis scribi & agi coeptum est. Eadem adeo fata & numorum Inscriptiones habuere. Quid? quod nec ante Seculum quidem XVI. numum viderim cusum, qui vernacula nostra insignitus sit Inscriptione.

c) Et quidni obtinuerint? soli quippe fuere, qui literis melioribus tincti Archivis praeesse, aliorum literas interpretari, Regum, Principumque diplomata subscribere, &c. Sufficiebant; digni adeo prae aliis visi, qui Secretariorum, Cancellariorum Archilogothetarum &c. munere fungerentur. Conf. *Cangius* seu *du Fresne* Glossar. Tom. I. f. 868. ad voc. *Capellanus*, It. Ill. *Falckenstein*. l. c.

a) Bracteatos nullos literis, quas vocant, monasticis notatos, comparere asserit Dn. de *Ludevvig*, l. c. p. 154. sq. Contrarium tuetur *Moserus*, l. c. p. 56. In nostris nullum conspicamur, nisi forte XL. excipias.

liendis fingularibusque ductibus, eisque modo craffioribus, modo tenuioribus; exilioribus modo, modo & pinguioribus, non poftrema Monachorum ponebatur eruditio, notatos effe. Ejus generis literis numos feculi cumprimis XV. folidos fuiffe infcriptos experientia & αὐτοψία, quam optime docet. Vidi & Bullas papales complures fuperioris ævi, in quibus voces initiales ejusmodi literis ornatæ comparent, quæ crucem fæpe figunt minus in hoc fcribendi genere exercitatis; in quam τῶν δυσνοήτων Claffem & frequentiffimas Abbreviaturas referas. Caufa vero, quod non æque in numis bracteatis literæ illæ, quas diximus, monafticæ exaratæ confpiciantur, non operofior modo, adeoque majori pretio compenfanda, earum fcriptio & fculptura eft; fed & bracteæ tenuiffimæ λεπτότης, quæ ejus generis literas difficulter admodum, aut plane non, admittebat.

§. CIV.

Abfentia Æra Chriftianæ in numis fuperioris ævi ratio redditur.

Ecquare vero Æræ Chriftianæ annus nullis, aut fi quibusdam, nonnifi pauciffimis, infcriptus fit? quæris. In noftris certe nullum confpicis, quem Epocha Chriftiana diftinguat ab alio. Optandum fane foret, & multis, in re numaria æque ac Hiftorica, dubiis paucularum admodum numerorum, notarum ac Cyphrarum ope & beneficio occurfari poffet. Nec eft, quod *Moferus* a) objicit, in numis haud magis annorum infcriptionem, ac in veftibus, neceffariam effe: numos bonos præftare officium fuum ubique gentium, fi recipiantur; recipi autem citra

a) l.c. p.79. Verba Auctoris funt: Daß die Jahr-Zahlen auf den Müntzen ehedessen ausgelassen worden, glaube ich nicht, daß es mit Vorsatz, oder aus besondern Ursachen geschehen seye. Sondern, weilen das Geld eine Sache ist, derer wir uns täglich zu unserer Nothdurfft bedienen; - - so fande man so wenig Ursach/ das Geld mit dem Jahr, da es gepräget worden, zu bezeichnen, als man es an ein Kleid, oder dergleichen/ setzet, 2c.

citra annorum inscriptionem. Sed rei potius causam, quam σοφὰ Φάρμακα, sciscitor. Nullam quum obtendamus, potiorem habemus, aut prægnantem magis, quam quæ supra non una vice indigitata est. Monetam scilicet non nisi novam, Principe aut domino novo rerum potito, in pretio fuisse Majoribus nostris b) diximus; utque adeo ætas ejus non proderetur, temporis & annorum notationem abesse debuisse, quis non observat? Ad Seculum vero XIV, demum annorum Christi Inscriptionem refert ἱςορικώτατος de *Ludevvig*, c) *Schlegelius*, d) *non meminisse possumus, ait, vidisse nos in bracteati, aut in solidis numis genuinis medii ævi ante 1438, annorum numerum impressum.* Quod denique literas in quibusdam bracteatis inferioris ævi, quandoque inversas & confuse non exaratas modo, sed & positas, ut ne literas quidem putes e) & difficulter admodum quicquam inde colligas; voces item abbreviatas, & quæ alia præterea scribendi vitia ævo illo frequentissima attinet, ut quæ singula spectatoribus sæpe nauseam, cupidis vero lectoribus summam creant difficultatem; ea pluribus alii expedita dabunt & illustrata. f)

§. CV.

Inter alia Bracteatorum Adjuncta valoris potissimum ac pretii ratio habenda.

Quemadmodum vero (ut & aliorum Bracteatorum Adjunctorum rationem habeamus,) in universa re numaria antiqua nihil forte nobis utilius, magisque conducibile, ad rerum tem-

b) Mores hominum sunt perversi. Novitas pecuniæ olim grata; antiquitas hodie. Conf. hac de re *Olearius*, Isagog. in Numoph. Br. p. 21. *Tentzel.* Coll. Menstr. A. 1691. p. 629. 994. 1042.

c) l. c. p. 200.

d) de Num. Antiq. Isenac. p. 166.

e) Von Hühnern behackt, interpretatur *de Ludevvig*, l. c. p. 64.

f) Id. C. XII. *Olearius*, Isagog. p. 19. sqq. In Numis Romanis, id. pensum sibi deligit *M. Chr. Fr. Ruhe*, Specimin. Philolog. Numismatico-Latin.

temporum & feculorum fuperiorum pretia æftimanda, quam valorem noffe antiquorum numorum: ita nullo non tempore viri omnium gentium, ordinumque eruditiffimi omnem, quam potuere, navarunt operam in eruendo & decernendo numorum veterum pretio. Ut taceam, qui in explicandis menfuris ac ponderibus antiquorum laudabiliter defudarunt. Inde illuftria *Barbarorum*, *Budæorum*, *Alciatorum*, *Agricolarum*, *Portiorum*, *Cænalium*, *Patorum*, quæ ad aftra tollit, & ipfe, haud poftremo loco ponendus, Cl. *Eifenfchmidius*, Nomina. a) At quotusquisque eft, qui in explicanda re numaria Patriæ fuæ Germaniæ operam collocarit? Dahero nichts confuſers, verba funt celeberrimi *Struvii*, b) als das alte Teutſche Müntz-Weſen; und über den Unterſcheid und Werth der alten Teutſchen Müntzen ſind noch viel Scrupel übrig, welche bey Zöllen, Gütern und Zinſen, und dergleichen, viel Strittigkeit cauſiren. Pudendum Hercule! vitium negligere fua, curare aliena. c)

§. CVI.

Quantum vero operæ, quæ objicitur, Numorum Germanicorum, adeoque & Bracteatorum, eorum cumprimis, quos Ufuales dicimus, cujusvis ævi & feculi pretium defignare & cum modernorum noftrorum numorum valore conferre; tan- *Notitia valoris numorum fuperioris ævi ufus infignis,*

Cc 2

a) In disquifitionis de Ponderibus & menfuris veterum Romanorum, Græcorum, Hebræorum, &c. nec non de Valore Pecuniæ veteris præfatione. Conf. *Matth. Hoftus Antiq.* Hiftoric. Tom. I. q. 58. 339. locisque pluribus, *du Frefne*, Gloffar. Lat. med. ævi, Tom. II. fol. 57. fq. Tom. III. p. 987. Nova Acerra Philolog. Tom. II. p. 361. *Hachenberg*, Germ. med. ævi, l. c.

b) Hiftor. und Polit. Archiv. P. I. Art. 8. p. m. 87. Conf. *de Ludevvig*, l. c. p. 203.

c) Lectu & jam digna, quæ de hac Civium fuorum ἀμέλεια ftomachabundus refert Excellentiff. Dn. *de Ludevvig*, l. c. L. I. & II.

tantum certe & utilitatis est. Ita sane comperirent, qui teloniis, vectigalibus & colligendis antiquitus constitutis ex variis rebus, cum importandis, tum exportandis, tributis præsunt, scirentque, quantum tum temporis, quo tributa illa constituta sunt, valuerint Panningi (Pfennige) isti nostri bracteales, Panningorum & obolorum Libræ, Marcæ, & vel ipsa Talenta, nec non Fertones, Solidique, quorum mentio in diplomatibus & Præceptis Imperatorum medii ævi frequentissima; quæque proportio sit inter eos, qui olim, & qui nunc obtinent, ejusdem adhuc sæpe, utplurimum tamen diversi, nominis, varii generis numos; a) Dum interea vulgaris illa regula: *Si moneta bonitas vel in- vel extrinseca mutatur, ex Contractus tempore obligatio debitoris erit judicanda*, lites parit infinitas.

§. CVII.

eoque nomine à Scriptoribus passim commendatus.

Summopere adeo optandum, id quod etiam nullo non tempore optarunt, quibus curæ est & cordi salus publica, ut, ex monumentis & Tabulis publicis æque ac privatis, Viri subacti ingenii & judicii, operæque & studii indefessi, quisque suæ gentis, eruerent rem numariam superiorum ætatum, & ea, qua par est, solertia, cum moderna conferrent. Usus, quod dixi, plane foret egregius, & rei historicæ ac literariæ non minus, quam publicæ præclare consuleretur. Non ex uno vero & altero seculorum, sed ab ipso constituto Reip. Germanorum tempore res foret petenda, & quo in pretio, ad nostrum ævum, nostramque patriam, & p. t. usualem pecuniam respectu habito, quælibet numorum superiorum seculorum species fuerit, examinanda, comparanda. Ætas quippe fuit nulla, quæ aurum argentumve in eadem copia, & eodem

a) v. gr. Panningorum, der Pfennige/ Cruciatorum, seu Cruciferorum, der Kreutzer/ Grossorum, Denariorum, &c.

dem ſemper pretio habuerit eminenti. Nec ullum etiam ſeculum poſt XIII. (quo & antecedentibus numi omnes ex puro cuſi creduntur argento, a) eſt, quod & ejusdem puritatis & bonitatis excudi curaverit numos. Quid? quod ſeculum nullum eſt, quo numûm rationes & computationes, v. gr. Librarum, Marcarum, Talentorum &c. ſibi conſtiterint. Adde, quod in quaque fere Civitate, quæ jure cudendi gaviſa olim fuit, intrinſeci valoris numi variarint. Si quis vero alius pia & juſta hæc deſideria orbi erudito commendavit, plus ſimplici vice laudatum Gieſſeni Athenæi illuſtre Decus, F. G. *Liebknecht*, b) id fecit, quidque ſperandum, expoſuit. Meditatus eſt rem pulcerrimam *ὁ πάνυ Schmidius*; c) meditantur & alii. At quirem arduam non aggreſſus modo fuerit, ſed & perſequutus prolixe, ſatisque feliciter, novi ſane neminem. Quæ, quem ſupra ſæpe laudavimus, Til. *Friſius*, d) nec non Ill. Dn. *de Ludevvig*, e) & cumprimis Cl. *Schlegelius*, f) hac de re tradiderunt, haud ſufficiunt. Potiora forte ſunt, aut erunt, quæ ab Excellentiſſimo Ludevico, harum rerum ante alios inſigniter perito, & Diplomatum antiquorum huc facientium copiâ inſtructiſſimo, expetimus, expectamusque.

§. CVIII.

Nobis interim, quibus hac in re curta admodum ſupellex eſt, ea h. l. dixiſſe, aut ex antecedentibus, potius maximam par- *Bracteatorum minoris moduli valor & pretium.*

Cc 3

a) Vid. Acta Publica monetaria Thomaniana. It. *Hofmanni* Clavis monetaria.

b) Epiſt. de Numis Bracteatis Haſſiacis, §. III. p. 8.

c) In Epiſtola laudatæ modo Epiſtolæ *Liebknechtii* annexa.

d) In Spec. Mon. ſeu Münz-Spiegel.

e) Lib. laudat. C. XII.

f) In Tractat. de Numis Antiq. Gothanis, &c.

partem collegisse & repetiisse suffecerit, quæ ad nostrum cumprimis institutum faciant. Diximus autem, recte si memini, Bracteatos seu Penningos, moduli, seu magnitudinis, quod ajunt, minoris, cujus generis nostrorum plerique omnes sunt, XVIII. numero uni argenti semunciæ, s. Lotoni, uti adpellant, einem Loth, oder Halb-Untzen Silbers, respondisse quondam, adeoque, ratione valoris interni, cum Grossis inferioris ævi Misnicis, Sächsische oder Meißnische Groschen, apprime in commerciis convenisse. Et hoc quidem ex Archiepiscopi Magdeburgensis ad A. 1276. Diplomatis cujusdam verbis: *Sicut in novitate sua decem & octo denarii ad Lotonem cuduntur, sic postquam veterascunt, totidem fere solidi pro Lotone consimili cambiuntur*, adstruit celeberrimus *Liebknechtius*; a) at, quem honoris ergo multoties laudavi, Ill. *de Ludewig* b) XVI. Bracteatos Lotoni tribuit, minus forte detritos ponderosioresque aliis in calculum referens; aut puritatis melioris, qua recentioribus multum præstant antiqui; aut denique, quod ex denario, (Romano) qui drachma constitit, quovis quadrini ut plurimum vulgo excusi sunt Bracteales. bb) In quo computo tamen numos mnemonicos & inaugurales, usualibus utplurimum & majores & splendidiores, minime obtinere locum, ex comparatione cum minoribus, pondereque levioribus, facile dijudicandos, luculenter sane patet. Et hoc quidem pretium Bracteatorum in comparatione cum numis nostris modernis tuto statuere licet. Aliter vero judicandum, eorum pretium seu valor externus, eo si æstimetur, quo nati sunt, factive, seculo. c) Tan-

a) Epistol. de Numm. Bract. Hassiacis. §. III.
b) l. c. p. 209. Conf. Nobiliss. *Moserus*, l. c p. 86.
bb) Vid. §. XCVI.
c) Ita caute distingvendum arbitratur laudatus modo *Moserus*: Welche Arbeit / inquiens, und wie sich alle alte Teutsche Müntz-Sorten gegeneinander selbst / und gegen den heutigen verhalte, eine der Curiosisten, nützlichsten und nöthigsten Arbeit ist, ꝛc.

Tantum vero in illius ævi ſumma nobiliorum metallorum inopia perhibentur valuiſſe ſinguli, quantum noſtro ævo, ceu ſupra, ὡς ἐν παρόδῳ, teſte locupletiſſimo, Dn. *de Ludevvig* d) retulimus, octo, vel novem, & noſtri hodie valeant vulgares Groſſi, ſeu Denarii. Id quod vel ex eo patet, quod non niſi unus Bracteatorum pro opere diurno mercedis loco, artificique, (hoc tamen ſervato diſcrimine, ut qui aliis ſolertia antecelleret, majorem reportaret,) ſolveretur, numis memorialibus, (κατ' ἐξοχὴν talibus) primæque magnitudinis, ſingularis Præſulum favoris, teſſeræ loco, non niſi de Eccleſia bene meritis, aut, qui quoquo modo Cœnobio, aut Perſonis ſacris, utiles fuerint, aut futuri eſſent, diſtributis.

§. CIX.

DISQVISITIO de Pecunia medii ævi Valore, de libris (Pfunder) Veterum earumque partibus.

Et ex his colligi quodam modo poteſt, quantum & quot numorum Bracteatorum, ſeu Panningorum, ſive Penningorum, (Pfenninge) libram (libratenus enim, nach den Pfunden, uti loquitur *Olearius* noſter, a) primæ ætatis ſuæ temporibus appenſi b) fuerunt & computati Penningi,) conſtituerint. Quæ

d) Conf. §. XCVII.

e) Quid? quod decem etiam groſſos exigant p. t. apud nos magiſtri opifices. Quæ ſane haud poſtrema ſeculi noſtri calamitas eſt, auctis corruptisque numis, indeque & immenſum quantum adauctis rerum pretiis adſcribenda.

a) Iſagog. in Numophylac. Bracteat. p. 16.

b) Numos libratenus olim appenſos fuiſſe, haud eſt, quod dubitemus. Id quod etiamnum in numis aureis fieri videmus. Numis autem librarum ſingularum ad certum reductis numerum, mutatum eſt inſtitutum. Weil die Leute ſcribit *Til. Friſius*, Spec. Monet. p. 140. nicht allezeit Gewichte bey ſich haben können, ſo iſt eine genannte Summa Pfenninge auf ein Pfund aus langen Gebrauch, als 20. Schillinge (oder 240. Pfenninge) geſetzet worden. Wel-

ches

Libra Romana. Libra Coloniensis.

Quæ & alia, ad rem monetariam Germanorum medii ævi facientia, & computum maxime ac valorem varii generis numum concernentia, rectius ut intelligantur, de ipsis *numûm* Libris, Synonymisque vocibus, paucula sunt addenda. *Libra*, quæ nomen à pondo cepit, quod libram, quam vocant, *Trojanam*, c) pendebat, & quam nos vernacule cum vulgo Pfund, Pondt, appellamus, à Romanis ad Germanos transiit, & constitisse primum perhibetur unciis XII. seu Semunciis sive Lotonibus, quos dicunt, XXIV. d) ac valuisse denariis, iisque majoribus, quos & sequior ætas Turonenses salutavit, XCVI. Quæ seculis inferioribus XI. & XII. invaluit, inque usu perduravit, libra Coloniensis, VIII, æquipolluit unciis, & semunciis, seu lotonibus, XVI. in numis vero denariis majoribus LXIV. e) Et quum ante Sec. XIV, quod & supra diximus, numi omnes, sive solidi illi fuerint, sive Bracteati, ex argento puro conflati perhibeantur; (ita enim ex laudatis supra Actis *Thomanianis* f) non nemo, isque Anonymus: In gantz Teutschland ist bey den Müntz-Wesen über das gantz feine Korn (nur ein kleinen Abfall, zumal dahin, daß die Nummi des Caroli M. 15½ löthig gewesen, ausgenommen,) biß in das XIV. Seculum, beständig gehalten worden. Welches so wohl *ipsa nummorum corpora*, als auch tota rei Germanorum nummariæ Historia, &c. gründlich

ches eine Libra numaria ist/welcher massen 20. Schillinge eines jeden Land-Müntze ein Pfund machen.

c) Vid. *Hachenberg*. Germ. med. diss. X. §. X. It. *Frisius* apud *Schlegel*. c. l. p. 67. Troysische interpretatur *L. W. Hoffmannus*, Müntz-Schlüssel, Tom. I. p. 69.

d) Æqualis ergo veterum Germanorum libra Romanæ est, quam ex XII. unciis constitisse *Ge. Agricola* adversus Budæum probatissimis argumentis defendit. Conf. *Hachenberg*. l. c.

e) Conf. *Hoffmann*. l. c. §. 129.

f) C. VII.

lich erinnern; colligere ſane & judicare haud difficile erit, quotquot etiam ſecula ſequiora numorum, utpote ære multo commixtorum pondereque minorum, ex. gr. Penningorum, Halerorum, &c. protruſerint, illos non potuiſſe non, duplo etiam, vel triplo valoris eſſe minoris; idque cumprimis, cum, ad certum numorum numerum libris reductis, in puritate non minus ac pondere, an Korn und Schrot, ad cujusvis Civitatis arbitrium, decrementum, & id non mediocre, paſſi ſunt & intertrimentum.

§. CX.

Libræ ſæpe Synonymum eſt *Marca*. a) Ideo quod Marcæ nomen & computatio numûm ad Marcas in Hiſtoria medii, ævi frequentiſſime occurrunt. Unde vero etymon ſortiatur vox *Marca*, b) non attinet dicere heic loci. Ad rem potius facit, temporibus antiquiſſimis in uſu jam fuiſſe vocem, idemque, quod *libra* in re denotaſſe numaria. Frequentior multo facta vox ſeculis ſequioribus; cum numi more antiquo non appendi amplius libra, ſed numero ſuo, quod paulo ante diximus, æſtimari cœperunt, cujuscunque etiam bonitatis & ponderis illi fuerint. *) Ut adeo in locum libræ Marca ſucceſſiſſe

Marca ſuperiorum, inferiorumque Seculorum.

Dd

a) Numularia puta. non æque ponderalis, ut audit.

b) Germanorum eſſe, Index vernac. *Fabri* Theſaur. Erud. Schol. docet: & is ipſe *libram* reddit *numulariam*. Metallicis vocem tribuit *Friſius*, l. c. & cum eo *Schlegel*. de Numm. Gothan. p. 187.

*) Hinc Cl. *Hachenbergius*, Germ. med. diſſ. X. §. XVII p. m. 399. *Poſt ſubverſas Carolingorum opes res monetaria multum immutata eſt, dum qualibet Regna, Regiones, Principatus, Reſpublica ſuo arbitrio pecuniam ſignarunt, quæ à loco plerumque nomen ſortita pro temporum ratione, populorumque fortuna diverſum pretium invenit. Inprimis in uſu eſſe cœpit MARCARUM nomen, ut ſicut antea per ſolas libras: ita tunc interdum per libras, frequentius per Marcas, omnia computarentur.*

fiſſe videatur. Adſtipulatur noſter *Friſius*, c) Dieweil ſcribens, die Römiſche libræ in Abgang gerathen, haben vernünfftige, und ſonderlich die Bergleute verordnet, an des **Pfundes Statt die Marck**, die immer 16. Loth haben und behalten ſollen; ob die Pfunde in fernern Abgang kämen, daß die Marck bey den 16. Löthen bliebe, wie ſolches der Text des Sachſen-Spiegels anzeiget, Lib. III. Art. 45. da 20. **pfündige Schilling**, 1. Marck, und 20. Schilling ein Pfund machen, daß dero Zeit Marck und Pfund eines geweſen, ꝛc. Diſtincta autem, non minus ac libra olim, Marca legitur in ***antiquam***, ſeu Romanam, & novam, ſeu Colonienſem; quarum XII. illa, hæc VIII. conſtitit unciis, Floreniſque aureis ſequioribus ſeculis valuit totidem. d) Uſu autem clariſſima jam tum Sec. XI. & XII. Marca fuit Colonienſis, paſſimque obtinuit. e) In forma ſane *compoſitionis*, quam vocant, inter Henricum Imperatorem, & Angliæ Regem Richardum, Imperator pactus dicitur *centum millia Marcarum puri argenti ad pondus Colonienſe*. f) Sed & frequentes Marcæ Lubecenſes, Stockholmienſes, addo Norimbergenſes, aliæ. ff) Quid? quod *Marcarum genera fere tot ſunt, quot populorum, ut adeo haud mirum ſit, magnos ſæpe inter ſe diſcrepare* in valore earum deſignando auctores, ait *Hachenbergius*; g) &, quod impeditiſſimum eſt, ipſæ ſæpe unius loci Marcæ parvo tem-

c) l. c. Conf. p. 143. ſqq. *B. W. Hoffmanni* alter und neuer Müntz-Schlüſſel, p. 129. ad Sec. II. It. Anonymi gründliche Nachricht von Ankunfft der Sächſiſchen Groſchen, p. 9. *Schlegelius* denique, l. c. p. 187.

d) Conf. Anonymi cujusdam Memorial, das Müntz-Weſen medii ævi betreffende.

e) *Hachenbergius*, l. c. p. m. 369.

f) *Goldaſtus*, Tom. III. Conſtit. Alaman. p. 365.

ff) *Friſius*, apud *Schlegel.* d. l. p. 67.

g) l. c. p. 369.

vo temporis intervallo suas passæ sunt vices. h) Id quod Seculis sequioribus, in puritate pariter ac pondere depravatis numis, adscribendum; quo non potuit non fieri, ut & Marcæ suas paterentur eclipses, & distingui fuerit cœptum inter *Marcas numularias*, Germanicas vulgo dictas, quibus certus numorum, qualescunque etiam illi fuerint, numerus, ex. gr. 20. pluriumque solidorum, &c. definiebatur; & *ponderales*, seu, ponderosas, quæ priorum duas successu tempori, mox & plures continebant: nec non, quod eodem recidit, inter Marcas *signati* argenti, aurique, & *infecti*, quod etiamnum sibi constat. i) Et hæc, ceu & paulo ante dixi, diversis, quas *Cangius*, seu *du Fresne*, k) fuse satis commemorat, Auctorum gravissimorum de Marcis sententiis ansam præbuerunt & disceptandi materiam, dum *Abbas Urspergensis* & Papias l) cum laudato sæpius *Frisio* nostro & *Schlegelio*, m) qui nulli non Marcæ n) XX. tribuunt Solidos, seu Schillingos, uni vero solido XII. penningos, seu denarios minores, ipse contra *Cangius*,

h) Ita Marcæ Norimbergenses, quæ A. 1356. Solidis, f. Schillingis, constiterunt 31. & Haleris 4. mox A. 1385. Constitutione Imp. Wenceslai, bonitate mutata & pondere, ad Schillingos 49. & Haleros 4. exsurrexerunt.

i) Conf. D. *Schmidius*, Lex. Eccles. Lib. I. p. 101. sq. Add. quod paulo ante ex *Frisio* commemoratum fuit, cui affine, quod sequitur: Jedoch daß die Marck nach der Wichte, und die Pfund nach den 20. Schilling Pfenninge taxiret worden, und nach Langheit der Zeit die löthige Marck höher worden, als das Pfund, dieweil 20. Schilling eines jeden Land-Münze ein Pfund machen. Conf. quæ ex *Frisio* addit Auctor der Nachrichten von den Sächsischen Groschen/ p. 9. It. *H. Hoffmanni* Müntz-Schlüssel/ P. I. p. 129.

k) Glossar. Latinit. medii ævi, Tom. II. f. 485. sq.

l) Apud *Cangium*, l. c.

m) Tractat. de Numm. Gothan. §. VII. p. 5. ad n. 99.

n) Altenburgensi æque ac aliis l. c.

gius, o) cum *Cujacio* & *B. Rhenano* p) (quibus & in Chronico Moguntino *Baldus* q) adstipulatur, *mediam libram* Marcam definiens,) duas Marcæ adsignat libras. Nos h. l. acquiescimus in celeberrimi *Gundlingii* epicrisi doctissima: Jch bin offt, scite ille r) differit, gefragt worden, wie viel ein Marck Silbers, nach unserer heutigen Müntz, ausgemachet; und habe endlich gefunden, daß nach dem Unterscheid der Länder und Königreiche der Werth einer Marck auch unterschiedlich gewesen, und sich nicht selten verändert habe. In Teutschland machte zu den Zeiten Heinrich des III. und IV. (Sec. XI.) und so weiter, eine Marck VIII. Untzen, eine Untz einen Reichs- oder Species-Thaler. In den nachfolgenden Zeiten aber, und sonderlich zu den Zeiten Ludwigs des Bayrn (Sec. XIV.) und Carl des IV. ist der Werth einer Marck gefallen, und nicht höher, als drey Gulden geschätzet worden. Wie *Bangertus* in Notis ad Chron. Slav. Helmoldi, p. 62. aus Raimari Kok geschriebener Lubeckischen Chronic; und in den Actis Lindav. *Dan. Heider*, gezeiget hat. Bes. auch *Lambecium* Lib. II. Rer. Hamburg. n. 187. die nunmehr bey des Erpold Lindenbrogs Script. Rer. Septentr. gedruckt sind. It. *Ant. Matthæi* Rer. Ultraj. und dessen gelehrte Anmerckungen ad Anonym. p. 119.

§. CXI.

De Fertonibus veterum quid habendum.

At Marcas, qualescunque etiam seculis fuerunt inferioribus, a) non in Solidos modo, quod diximus; sed & in *Fertones*, distin-

o) Apud *Hachenberg*. l. c.

p) Lib. II. Rer. Germ.

q) v. *Cangius*, l. c.

r) In Otiis, descript. Palatin.

a) Sub initium Sec. XV. Marcæ numulariæ valorem, indignantibus bonis omnibus, multis locis, ad Floreni Rhenani, sive aurei, recidisse pretium, *Hoffmannus* queritur, alten und neuen Müntz-Schlüssel, p. 140.

distinctas fuisse & divisas, monumenta Veterum docent. Nullum vero dubium, quin *Ferto* (Fartus etiam sunt, qui scribunt, & *Fertum*; item *Ferdonum, Fierto, Firto, Firthing*, b) etymon suum debeat Germanorum Vierthel, seu Vierling; quam vocem supra dialecto Saxoniæ inferioris Veerlinge, expressimus. Usus præter alios voce est in utraque lingua *Carolus* IV. *dabit*, inquiens, c) *Officialibus imperialis, sive regalis Curiæ, LXVI. Marcas cum uno Fertone argenti.* Et paulo post: *Decem Marcas pro semetipso reservans dabit Cancellario Imperialis, seu regalis Curiæ X. Marcas, Magistris, Notariis & Dictatoribus III. Marcas, & Sigillatori pro cera & pergameno unum FERTONEM.* Et in Germanico Exemplari - - - einen Fierling, pro quo alii rectius einen Vierling, scribunt. d) Quarta adeoque Marcæ pars *Ferto* est, pretiumque in aprico, Marcarum valor determinatus si fuerit, certusque. Huic cum XX. solidi vulgo tribuantur Marcæ, haud male quinque Fertoni comparat *Lambertus Ardensis*. e) Quod & *B. Schmidius* non ignoravit, *Ferto*, scribens, f) seu Ferdonum, Ferthing, *quarta pars Marcæ est; & ab*

p. 140. sq. Quo & assertum Nobilissimi *Moseri*, Animadv. in Dn. de *Ludevvig* Introduct. in rem nummar. Germ. p. 86. spectat. In den letztern Zeiten, ait ille, hielte die Marck der Bracteatorum offt nur 4. oder 5. Loth fein Silber.

b) Vid. du *Fresne*, Gloss. Lat. Lib. II. fol. 434.

c) In Aurea Bulla. §. ult.

d) *Hachenberg.* l. c. p. m. 370. conf. Auctor der Nachrichten von Sächsischen Groschen/ 5. p. 11. ubi ad n. k. legimus: Marck-Theilung / in halbe Marcken und Viertdinge, welches der vierte Theil einer jeglichen Marck ist, von den Alten zu Latein Ferto, oder Fertinum genannt. Ist also ein Viertding 4. Loth.

e) Apud du *Fresne* l. c. f. 370.

f) Lex. Eccles. P. II. p. 8.

ab aliis quinque solidis comparatur. g) At vero & Ferto quarta pars denarii est teste *Cangio*; h) & quidem non apud Anglos modo i) sed & Saxones quosdam, qui denarium purioris argenti in *Veerlingos* olim dispertiti dicuntur. k) Quid? quod laudato modo *Cangio* l) auctore, lingua antiqua Norvagica *Fiorthung*, seu *Fiertung*, nec non moderna Danica *Fierding*, quartam cujuslibet rei partem significat. De Fertonibus auri, quæ dici h. l. possent, brevitatis ergo prætereo.

§. CXII.

Talenta Germanorum quæ & qualia?

Et de valore, pretioque Talentorum apud Germanos medii ævi ut paucis differamus, & quæ ad nostrum institutum faciant, quam potest brevissime, exponamus, operæ pretium erit. Ad Græcos vero ut excurramus veteres, & in vocis Talenti etymon inquiramus, supervacaneum h. l. videtur. Nec de valore antiquæ Græciæ Talentorum hic attinet dicere, cum plures, quam opus sit, hac de re jam prostent scriptores. Et novissime Cl. *Buchnerus*, a) nec non supra plus simplice vice laudatus *Eisenschmidius*, b) Tabulis suis Stathmicis tam distincte, tamque luculenter, universam rem numariam veterum Græcorum & Latinorum, nec non Ebræorum, compara-

g) Conf. *Schlegel.* Tractat. de Numm. Gothan. p. 5. & *Hoffmanni* Müntz-Schlüssel, P. I. p. 140.

h) l. c. f. 435.

i) Apud Anglos *Ferthing* & *Farding* in numo argenteo dicitur quarta pars Denarii. Id.

k) Hac de re supra.

l) l. c.

a) Ad finem Corn. Nepol. ab ipso editi.

b) Disquis. de Ponderibus & Mensuris veterum, p. 38. sqq. Conf. πολύπονος & πολυπενθέστατος noster *Hederichius*, Lex. Scholast. p. 2631. seq. Celeberr. it. *Hoffmannus* Müntz-Schlüssel p. 61.

paratione cum nostra pecunia instituta, illustrarunt, ut nihil supra. Utinam esset, qui pari solertia & felicitate Talenta etiam medii ævi apud Germanos (ut de aliis numûm computationibus, de quibus paulo ante diximus & mox dicturi sumus, nil moveam) explicasset, reique adeo ignaros doceret. De novæ Græciæ Talentis, multa scite tradit & docte *Hesychius*: c) tradit & ὁ πάνυ *Cangius*, d) E nova vero Græcia vox Talenti & valor illata sunt in Germaniam. e) Hinc frequentissima in diplomatibus & Præceptis antiquis, quorum quamplurima nobis exhibet Cl. *Schlegelius*, f) multa etiam Ill. Dn. *de Ludevvig*, g) nec non Excellentiss. Dn. *Liebknecht*, h) Talentûm mentio. Antiquissimum, quod viderim, Talenta Germanorum, & nostrarum quidem terrarum, exhibens Diploma, Præceptum est Imp. *Conradi Salici*, A. 1029. Kal. Jun. *Tungirde*, aut potius, Tungidi, (quæ Villa, teste celeberrimo *Schannato*, i) in Pago *Weringevve*, ad Salam, Franciæ nostræ orientalis fluvium non incelebrem, ubi Mœno ille jungitur, sita, vernacule quondam Thyngenden, k) hodie Thüngen, unde Nobilissimæ Baronum Genti Ὁμωνύμῳ nomen est, dicitur, l) divulgatum, & à R. P. Dn. *Bernh. Pezio*, Meliciensis S. Benedi-

c) Glossar. in voce κοδράντιον.
d) Dissert. de Infer. ævi Numismat. it. Glossar. Latin, med. ævi. f. 1169.
e) Conf. Lex. Histor. Univ. Basil. Tom. IV. f. 552.
f) Tractat. de Numm. Antiqv. Gothanis. &c.
g) In Reliquiis Diplom. MSS. & Introd. in rem nummar. med. ævi, multoties nobis laudata.
h) Epist. de Numm. Bracteat. Hassiacis, §. IV.
i) In Buchonia veteri, p. 418. Conf. ejusd. Tab. Geograph. vet. Buchoniæ; & *Junckerus*, Geogr. med. ævi, P. II. C. V. p. 293. sq.
k) Vid. *Meriani* Topograph. Franconiæ, f. 100.
l) Hanc sedem, palatiumque regium, nescivit celeberrimus *Mabillonius*, Pala-

nedicti Ord. Monasterii Bibliothecario celeberrimo, ex *Udalr. Babenbergensis* Codice Diplomatico-Historico-Epistolari Zwetlensi, (quem Tom. V. Thesauri sui Noviss. Anecdot, laudatus *Pezius* inseruit, Ill. vero *Eccardus* Corpori Histor. Med. ævi, Lipf. A. 1723. juris publici facto addidit,) quæ viri optimi humanitas est, benevole mecum communicatum, annoque superiori, quod ad Antiquitates Patriæ nostræ apprime facit, eo quippe Augustissimus Imperator *traditionem Ernesti*, m) *Ducis Alemanniæ*, *suscepit*, *scilicet Wizenburch* (in Nordgavia; n) *pro qua recompensato ipsi honore Ducatum Bavaricum Danubianum* o) *tradidit*, p) Annotationibus à me illustratum: in quo sub finem hæc habentur verba: *Justitia eorundem Clientum*, (Ministrorum puta Ducis Ernesti, qui fuere *Reginzo de Salehach*, q) *Wizo*

Palatiorum, Curiarumque Imperatoriarum solertissimus alias (Lib. VI. de re Diplomat.) Indagator. Nesciverunt & alii.

m) Ernestus II. est, Ernesti I. ex Gisela filius. Vid. ἰσοριογράφου Dn. *Kœleri* Differt. de Familia Augusta Franconica; *Hahnii* it. Hist. Germ. Impp. P. II. C. VII. §. 10. Quibus addatur Programma nostrum de hoc Præcepto; ejusque recensio in Actis litterar. Francon. IX. Sammlung/ p. 644. sqq.

n) Inter alia argumenta, quibus hoc præceptum Weissenburgo in Nordgavia vindicatur, haud postremum est, quod Weissenburgum Sebusiorum ad Rhenum, eo tempore, quo Præceptum divulgatum est, in potestate Abbatis illorum locorum fuit, sub finem denique Sec. XIII. Civitatibus Imperialibus adscribendum. Vid. Lex. Histor. Univ. Basil. Tom. IV. f. 847. & *Münsterum*, Cosmograph. Lib. III. C. CLXIX. f. 654. sq.

o) Seu Nordgaviensem, quem & Comitatum dicunt.

p) His ipsis verbis inscribitur Præceptum in *conspectu*, quem Lipsienses Act. Erud. A. 1717. p. 39. sq. exhibent, laudati paulo ante Codicis.

q) *Salehach*, hodie Burck-Salach/ & *Wimeresheim*, vulgo Weimersheim, nobiles in vicinia nostra pagi sunt.

Wizo de Winersheim & *Adelger de Curte*, r) *singulorum est, ut in Italica expeditione accipiant DECEM TALENTA, & ferramenta quinque equorum, pelles Caprarum duas, & bardonem unum oneratum duabus manticis, plenis necessariorum, cum serviente trahente, alio pellente, & uterque* Talentum unum *& Caballum accipiant. Domino eorum victus post Alpes transcursos de curia detur. Ubicunque Rex vadat, in expeditione alterius terræ dentur Clientibus, quinque* Talenta, *& caballus absque onere, & ferramenta quinque equorum, & duæ pelles caprarum, &c.*

§. CXIII.

Quibus in medii ævi scriptis, monumentisque publicis, Præcepto cumprimis Imp. Conradi Salici, Talentum sibi quid velit, investigare & explicare vel maxime operæ pretii res est. Cum libris Germanorum, Marcisque antiquis, Talentum comparant scriptores tantum non omnes. Non comprobo sententiam; distinguenda sunt secula, distinguendæ Talentûm ætates. Primam earum apud Germanos si spectes, Talentum, *Cangio*, a) qua dignus est, fides si habenda, centum aliquando fuit librarum. Fuit & pondo octoginta duorum; mox, ut ætas tulit, & copia inopiave, aliæque circumstantiæ svasere, multo pauciorum; donec tandem in eundem cum Libris, Marcisque delapsum est censum. Hinc celeberrimus *Schmidius*, ὁ μακαρίτης: b) *A scriptoribus citerioris ævi sæpe sumi-*

Talentorum medii ævi Valor & pretium.

Ee *tur*

r) Quid, si & superiori & nostro ævo inclytæ in terris nostris Genti *Hoferorum à Lobenstein*, Vid. Basileenses Lex. Univ. Histor Tom. II. f. 803.) Adelgerum hunc adscribamus? Curtis sane & Hoff idem priscis sunt. Conf. *du Fresne*. Glossar. Lat. med. ævi, Tom. I. f. 1354. sqq.

a) Glossar. Lat. med. ævi, in voc. *Talentum*.

b) Lexic. Eccles. P. III. p. 75. conf. Chron. Mont. Sir. 1171. & alibi.

tur (Talentum) *pro libra & marca, id est, 20. Solidis, quot scilicet Marca dicitur ponderare.* Libris, quod diximus, Marcisque injuria temporum in pondere, æque ac bonitate numûm decrementa patientibus insignia, Talento diutius suum constitit pretium, digno adeo, ut *Laur. Frisio* c) Libra major, ein groß Pfund, adpellaretur. Nisi forte Libris & Marcis recentioribus Coloniensibus ex VIII. Unciis constantibus, antiquioribus Romano more XII. Unciis æquipollentibus surrogatis, asserere malis, Talenta vel eo nomine Libras majores fuisse salutatas, quod videlicet, diminutis sequioribus seculis Libris & Marcis, ea sola valorem primævum XII. Unciarum retinuerint. Qua sane ratione Talentum circa A. 1172. ex XII. Unciis, seu XXIV. semunciis (Lothen) adhuc constitisse perhibetur. d) Hocipsum proinde pretium, Unciarum puta XII. Vallensiumque nostrorum parem numerum, tribuo Talentis Præcepti, quod laudavimus, Imp. Conradi II. idque, quod iterum, iterumque repeto, ea maxime de causa, quod Librarum Marcarumque Coloniensium usus inferioribus demum seculis in nostris invaluit terris. At vero ut mox omnia ruunt in pejus, ita & non longe post in Librarum transiit Marcarumque rationem & computum Talentum; e) & eadem mox, ære commixtis, depravatisque numis, fata cum iis passum est & decrementa. Quid? quod sub finem Sec. XIII. altera sui parte multatum fuit & diminutum Talentum unique Marcæ duo adjudicata, adeoque è *septem florenis & parte floreni quarta,* quo valore tunc constitit Marca, f) non nisi dimidia pretii pars relicta Talento. Et duo

c) In Chron *Würzburgensi* ad A. 1108. & alibi. conf. *Schlegel* Tr. de Numm. Gothan. p m. 184.

d) Id. l. c. p. ead.

e) Ceu paulo ante ex *B. Schmidio* probatum ivimus. Conf. *Schlegel.* l. c. p. 187.

f) Teste *Frisio*, in Spec. Monet. p. 145. Ita v. ille: Die löthige Marck (anderts

duo, & *semitalentum* interna sua bonitate Marcæ puri, aut etiam mixti argenti tunc etiam (Sec. XIII.) respondisse posterioribus maxime annis, ubi, uti Haleri, sic & *Talenta Hallerorum* g) indies deteriora sunt facta; Auctor est *Schlegelius* *) Et testis asserti est Auctor Commentationis de Grossis Saxonicis, h) scite hac de re scribens: Es ist aber das Pfund (Libra) mit dem Talent nach der Zeit so sehr gefallen, daß die Marck an 16. Lothen, als ein beständiges Gewicht, erwählet werden müssen: immassen das Pfund (Talentum) schon zur Zeit des Sachsen-Spiegels, der Marck gleich geachtet worden, woselbsten 20. pfündige Schillinge ein Marck betragen; desgleichen ist das Talent nacher auf 8. Loth, als den halben Theil eines obgedachten Pfundes, und endlich gar 1272. auf den dritten Theil der Marck angeschlagen worden. Haud adeo est, quod mireris & stomacheris, apud *Crusium* i) cum legeris, Henricum de Waldhusen à Cœnobio Lorchensi vi contractus inter alia accepisse *duos porcos* valentes *duo Talenta Halerorum:* siquidem Libras Halensium ad tempora illa non nisi floreno constitisse Rhenano, cui aureus tum temporis æquipolluit Ungaricus & in argento Uncialis, constat. Qua de re infra plura. Omnibus adeo medii ævi numis tres quam rectissime statuere licuerit periodos, seu ætates: quarum primæ in puritate omnimoda valor maximus, alteri in corrupto metallo nobiliori dimidius, & tertiæ, ultra tertiam etiam partem ære commixto argento, nec primæ quidem Periodi pars valoris primi tertia, quartave constitit.

Ee 2 §.CXIV.

(anderthalb Loth allezeit geringer, als fein Silber) wird taxirt auf 7. Gold-Gulden, und ein Ort Goldes / *cum pura æstimetur* (addit *Schlegelius*, l. c. p. 18. sq.) *communiter octo florenis.*

*) l. c. p. ead.

g) Promiscue usurpata fuisse Talenta Halerorum & *Libras* Halerorum, sequiori ævo, notum est; uti Germanorum vocula Pfund. Conf. *Frisius*, l. c. p. 141.

h) p. 13.

§. CXIV.

De Libris Penningorum, Pf. Pfenninge vulgo dictis.

Ad Talenta adeo nunc, seu, quod idem est, *Libras Hallerorum*, seu numorum Halensium, quas vernacule Pfund-Heller, dicimus, *Librasque Penningorum*, quos vocant, seu denariorum minorum, (Bracteatos supra muncupavimus, vulgus vocat Pfund-Pfennige) tandem aliquando progredimur, à posteriori genere ordientes. Penningos, Panningosque, Bracteatos olim adpellatos fuisse, supra, a) & plus simplici quidem vice, diximus, quanquam & Panningorum (der Pfenninge) voce nullos non Germanorum numos olim salutatos fuisse b) novimus. Trita inde Nomina: Denck-Pfenninge, Gnaden-Pfenninge, Ehren-Pfenninge, Pfenning-Meister rc. At contra ea usu moderno, ævo nostro vulgari, non nisi levissimi ponderis & pretii numuli hoc nomine veniunt. Cum adeo de valore & pretio Librarum Penningorum, Pf. Pfenninge, medii ævi apud Germanos, quid res sit, dicendum, ætates eorum & tempora distinguenda sunt, quam potest, studiosissime. Seculo XI. & quæ illud proxime sequuta sunt, Bracteati, numis solidis contradistincti, cujuscunque ponderis, quantitatisque, Penningorum, ceu modo dixi, venerunt nomine. Eorum sedecim supra cum Celeberrimo Dn. *de Ludevvig* c) semunciæ, seu Lotoni, tribuimus, valorem, seu pretium eorum, denario minori æquantes, singulos vero quartam denarii Romani seu drachmæ, partem constituisse asserentes. Quod si ergo in prima, seu primæva ipsorum puritate, qua omnes ad Sec. usque XIV. polluisse dicuntur, XVI. (dictorum penningorum) & in paulo gravioribus XV. semunciæ tribueris, Libræ uni, seu Marcæ, sive

a) §. XXXI.

b) Conf. Auctor der Nachrichten, von Sächsischen Groschen, p. 2. it. *Hoffmannus*, l. c. p. 122. sq.

c) Conf. §. CVIII.

cæ, five VIII. Unciis, 240. recte assignaveris, solidisque, quorum XX. singulæ Marcæ continere dicuntur, 12. Quo calculo valorem unius Libræ penningorum VIII. Vallensibus scite comparaveris. Et hoc pretio æstimandi putantur *Penningi Ratisbonenses* in terris quondam nostris usitatissimi. At Sec. XIV. non Ratisbonenses modo, sed & aliarum civitatum, numi suppletorii, adeoque, Penningi, seu denarii tantum non omnes, dimidium puritatis suæ amiserunt, ære seu cupro nimium quantum adulterati. Quo factum, ut idem quidem suus libræ constaret numerus, at pretium altera parte minueretur, & non nisi quatuor florenis Rhenanis aureis (quorum octo ante Marcam f. Libram constituerunt,) æquipolleret Libra, seu Talentum Penningorum. Quid? quod eodem adhuc seculo, cum ne tertia quidem pars numi farta servaretur & tecta in puritate sua, nec idem numo constaret pondus vix duobus Uncialibus æstimari cœpit libra penningorum, non obstante decreto Imp. Wenceslai, quo A. 1385. cautum fuit, ne pauciores, quam XXV. penningi, pro semuncia venditarentur. d) Et quid inclinante Sec. XV. factum putes, quo non puritati modo, sed & ponderi tantum non omne, quod supererat, ademptum decus, ademptum pretium? Argentoratensium æque ac Ulmensium numulorum libræ ad duos usque nostrorum recidebant florenorum, 120. cruciatis (cruciferos, crucigerosque alii dicunt, vulgo Kreutzer,) æstimandæ. e) Ne de communi dicam in re numaria calamitate, qua f) post annum 1420, (luxuria in vestibus & supellectile ditiorum regnante,) & se-

Ee 3 quen-

d) Ita Chron. Norimberg. apud *Schlegel.* d. l. p, 26. XXV. Pfenninge sollen auf ein Loth gehen, sonsten hat man Macht solche zu zerschneiden. &c.

e) Conf. *Eisenschmid*, de Ponder. & Mensuris Veterum. p.

f) Vid. L. W. Hoffmanni alt-und neuer Müntz-Schlüssel, ad A. 1400. p. 142. sqq.

quentibus, omnis, quæ superat, qualiscunque etiam illa, numorum bonitas ad incitas fuit redacta, &, quæ ducentos post annos in re monetaria peracta est fabula, ludi cœpit & agi: g) quis nostrum est, qui nesciat, A. 1442. octo libras Penningorum, 8. Pf. Pfenninge, (quibus plaustrum foeni divenditum in Chronicis nostris legimus) tribus florenis, decemque penningis, adeoque tres circiter libras uni ejus temporis æquipolluisse floreno seu Unciali? Adde, quod sub finem ejusdem XV. Seculi plus quam tertia sui parte in pondere etiam & quantitate diminuti numuli ne quartam quidem pristinæ bonitatis suæ particulam reliquam habuere. Quo factum, ut & ne umbram quidem antiquorum penningorum in vilissimis nostris obolis superstitem videamus, una Penningorum libra ab Avorum jam Patrumque nostrorum ævo, ad 7½. cruciatos redacta, h) unoque floreno octo libras, obolosque duodecim, constituente.

§. CXV.

De Librarum, seu Talentorum numorum Halensium, der Pfund-Heller, diversorum Seculorum valore & pretio diverso.

Idem etiam fatum perpessa sunt Talenta, seu libræ Halerorum, sive Halensium, quas cum vulgo Pfund-Heller vocitamus; genus numorum, si quod aliud, medio ævo celeberrimum. Nomen suum unde sortiti sint Haleri, seu Numi Halenses,

g) Auctor der Nachricht/ von den Sächsischen Groschen, p. 137. sequentibus hac de calamitate queritur verbis: Nach dem A. 1420. aufs höchste gestiegenen Verfall der Münze, dergleichen 200. Jahr darnach die Kipp-Zeit A. 1620. 1621. 1622. auch gewesen, indem der Rheinische Gulden oder Species Thaler biß auf 10. fl. durch die geringere Kupffer-Müntz gestiegen; rc.

h) Miratur *Hoffmann.* lib. cit. p. 279. causamque se ignorare ait, quod apud Norimbergenses 30. Penningi, Pfenninge, libram constituant. Minus mirabitur, qui inter penningos ævi nostri vilissimos, & superiorum seculorum ejusdem nominis numos distinxerit. Id quod & de Haleris sentiendum. Obolos adeo ne tibi finge, denarii ubi locum habent.

ses, plutibus supra a) docuimus, *Schlegeliusque* noster fuse satis & scite, b) alios ut taceam, explicat. Cave modo, sis, ne cum rei ignaris c) à voce vernacula halb ducas etymon, & cum quibusdam helblinge, halbe Pfennige, (quod de recentioribus quidem Haleris, haud æque de medi ævi numis, asserere licet,) adpelles, aut à cognominibus monetariis, ut quidam somniant, d) derives. Numorum minoris moduli Civitatis Halensium in Suevis id primùm proprium nomen, mox ob celebritatem ad omnes nobiliorum in vicinia civitatum numos suppletorios transiit, nec penningis quidem bracteatis, contra distinctum. e) Utque denariorum (der Pfennige) quondam certa & definita quædam summa, in libras, uncias, solidos &c. relata legitur: ita & numi Halenses mox ab origine sua non singuli numerari, sed, ubi magna eorum summa in commerciis

a) §. LIV.

b) In de Numis Gothanis, &c. §. XV. sqq. p. m. 13. sqq.

c) *Til. Frisio*, spec. monet. p. 130. & *Melch. Goldasto*, T. I. p. 11. Rer. Alemann p. 294.

d) Quos inter agmen ducit *J. J. Winckelmannus* originem Halerorum à Monetariis Francofurtensibus *Haleris* secure satis nomen accersens, descript. Hass. p. m. 47.

e) Scite *Hackenberg*. l. c. p. m. 375. Hallenses ab Hala, Suevorum oppido, nomen hausere, tanto olim in usu, ut omnis fere pecunia inde appellationem traheret. Vulgo enim ante unum ac alterum seculum audias *Libras Hallenses*, Pfund-Heller, quibus omnes contractus rerumque pretia expediuntur. Suffragatur Cl. Hœnnius in Chron. Coburg. p. 148. Von der Heller Alterthum/ inquiens, etwas beyzubringen, so ist zu wissen, daß man vor ein und mehr 100. Jahren/ (vor fünfftehalb hundert Jahren) bey Kauffen, Verkauffen, und allerley Handel, sich dieser Orten fast nichts anders, als der Heller, oder so genannten Pfund-Heller/ (welche in alten Verschreibungen Talenta, oder libræ Hallensium, indeme man sie erstmals nach dem Pfunde ausgewogen, geheissen worden,) ingleichen der so genannten Schilling-Heller bedienet hatte.

ciis expendi debebat, in libris, unciis, &c. appendi consveve-re: uti & nos hodienum in Vallensibus, Florenis, &c. numos nostros minores computamus. Ætatem quod attinet Halerorum, Sec. XIII. initio eos tribuit solertissimus rei indagator, *Schlegelius*, f) computationisque eorum in libras usum ex monumentis, quæ laudat, publicis ad A. 1228. refert, probatque. g) Quantum vero superioribus, eaque sequentibus, seculis pretium, quantusque valor libræ, &, quod idem est, Talenti numûm Halensium, modernæ pecuniæ nostræ ratione habita, res explicatu admodum difficilis est, dubiaque multis. Causa difficultatis in eo maxime consistit, quod nec ejusdem bonitatis, nec ejusdem etiam ponderis per omnia subsequentia secula fuere isti numi. Verissima namque illa D. Hœnnii verba: h) Es sind diese Pfund-Heller nicht allezeit in einem Werthe geblieben: weilen selbige Anfangs gut/ und darauf von Jahren zu Jahren schlechter gemacht worden. Quo & verba faciunt piissimi nostri *Matthesii:* i) Ich muß hier auch unserer Vorfahren gute alte Händels-Heller ums Gepräg willen erwähnen: Warlich die Händleins Heller waren gut an Schrot, Korn und Schlag; aber man schlägt ihrer jetzo leider! wenig, die recht Schrot und Korn führen. In primæva adeo Halerorum bonitate summum eorum constitisse pretium, nullum sane dubium. Quem modo laudavi, D. *Hœnnius* k) binas libras Marcæ tribuens ita suos ponit calculos: Um das Jahr 1200. galten 6. Heller einen Schilling, 180. Heller aber, oder 30. Schilling ein Pfund Heller; und dieses, nach jetziger Müntze 3. Gulden, war also ein Heller so viel, als jetzo ein guter Kreutzer. Damals rechnete man

f) l. c. p. m. 76. §. XVI.
g) Id. l. c. p. 186. sq.
h) l. c.
i) Sarepta, p. m. 164.
k) l. c.

te man noch auf Marck Silber, deren eine 2. Pfund solcher Heller ausmachete. A. 1290. und etlich Jahr hernach galten 76. Heller 1. Gulden; ein Pfund Heller 2. Thaler nach jetziger Wehrung: im Jahr 1322. machte ein Marck Silber $2\frac{1}{2}$. Pfund Heller. Im Jahr 1340. und hernach, 126. Heller einen Gulden, und hat ein Pfund Heller 1. Gulden und 9. Groschen ungefähr gegolten. Im Jahr 1360. und nach dem, galten 135. einen Gulden, und ein Pfund Heller einen Gulden und 5. Batzen. Im Jahr 1400. galten 150. Heller so viel als einen Gulden, ein Pfund aber einen Gulden und 12. Kreutzer. Um das Jahr 1430. galten 180. Heller einen Gulden, und ein Pfund Heller einen Gulden 3. Batzen. Und auf diese Art hat man so wohl in den Francken-Lande, als auch in der Pflege Coburg, bey vorigen Zeiten die Heller und deren Pfund æstimirt. Plane ἐνάμιλλα sunt, quæ Auctor Commentat. de Groſſis Saxon. l) de valore librarum Halenſium diverſis *Seculis* diverſo commemorat. Quæ ſane non improbo, dummodo Rhenani potius floreni, uncialibus noſtris olim comparati, quam qui noſtro invaluerunt ævo, intelligantur. Minus exigue exiliterque ad calculos vocant Talenta librarum Halenſium, qui ſolidos XX. tribuunt libræ, ſingulisque ſolidis numos, 12. Et ſic ad A. 1315. unam libram Halerorum æſtimatam fuiſſe duobus & dimidio florenis ex certis monumentis probat *Schlegelius*. ll) Quem vero computum ſequutus ſit celeberrimus *Limnæus*, apud *Merianum*, m) 4. admodum

l) p. 127.
ll) l. c. p. 189.
m) Topogr. Franc. f. 39. Verba, quæ huc ſpectant, ſunt: A. 1336. haben die Burggrafen von Nürnberg, Johannes und Albertus, Culmbach, samt der Herrschafft Blassenburg, und dem Closter Himmels-Cron, von Graff Otten von Orlamund um 7000. Pfund Heller erkaufft/ wie *Limnæus*, Lib. V. de jure publ. c. 7. n. 21. schreibet: welcher auch n. 8. meldet, daß ein Pfund Heller ungefehr vier Gul-

dum nostrorum florenorum libræ Halensium ad A. 1336. tribuens, judicatu haud difficile erit. Vix per seculum durarunt in puritate & bonitate sua Halenses numi, & adulterari cœperunt, admixto ære ac corrumpi, quæ ratio, quod 36. Solidos Halenses Marcæ cuilibet uni publico decreto A. 1320. adsignavit Imp. Ludovicus Bavarus. u) Quid? quod eadem temporum injuria motus Imperator Carolus IV. publico etiam præcepto A. 1365. 1370. 1372. sancivit, ut libra Halerorum Floreno aureo in commerciis commutaretur, cum ante A. 1356. Marcæ eorundem numorum Solidos 31. & Halerorum 4. tribui jussisset, Solido uni 12. adjudicatis Haleris. o) Ast cum mox in quaque fere civitate, quæ jure cudendi numos tunc temporis gavisa fuit, ratione valoris idem variaret monetæ genus, &, quod multo erat perniciosius, ne tertia quidem puritatis pars sarta servaretur & tecta, nova opus erat in Halensium libris reformatio. Sanxit proinde A. 1385. Imp. *Wenceslaus*, ut Solidorum, seu Schillingorum 49. & 4. Halerorum summa, Marca veniret Norimbergensis, & floreno aureo Rhenano, seu Ungarico, æstimaretur. Verba Præcepti, quæ ad rem nostram faciant, sunt: daß in 4. Stádten, nemlich Augspurg,

Gulden mache. Wie solches nicht aller Orten gleich ist. In einer geschriebenen Nürnbergischen Chronic stehet, daß ein Pfund neuer Heller sey 8. mal 30. &c. Quo spectant & illa, quæ ex *Hundii* Bayrischen Stamm-Baum, & *Limnæo*, l. c. collecta in litteris refert Amicus: Nordgauische und Bayrische Pfenning sind Wetterauische Heller; deren ein Heller der dritte Theil eines Regenspurgischen Pfennigs war, und ein Pfund Heller waren ebenmässig 240. Heller. Solche Heller waren auch in Würtzburgischen, und in der Nachbarschafft des Burggrafthums Nürnberg gebräuchlich, teste Limnæo.

n. Conf. *Schlegel*. l. c. p. m. 18.

o) Vid. quod supra laudavimus, Chron. Norimb. apud eund. p. 25. conf. p. 18. sq.

spurg, Nürnberg, Ulm und Halle, und sonst nirgends anderswo, sollten gemünzet werden Heller mit Creutz und Händen/ und die sollten in Francken und Schwaben, und in allen darinnen gelegenen Städten, genommen werden, ein Pfund für einen guten Rheinischen und Ungarischen Gulden/ p) und soll an Korn halten ein Drittheil löthiges Silbers, und zwey Drittheil Zusatz, und an der Zahl soll gehen 49. Schilling und 4. Heller auf eine Nürnbergische Marck; &c. q) Et hoc in pretio & valore ad An. usque 1420. quo, & sequentibus annis, magnam calamitatem & tantum non cladem omnimodam perpessa est medii ævi res Germanorum numaria, quin permanserint libræ Halensium, nescio an recte dubitem? Ex eô maxime tempore Haleri contradistingui cœpere Penningis, & bini illorum tribui singulis; pondere etiam, ut de bonitate, quam tantum non omnem perdidere, nil dicam, altera sui parte cudi minori, ut parum ab Helvetiorum numulis Rapper, r) vulgo dictis mihi dif- Fig. LVI. LVIII.

Ff 2

p) Vid. quæ paulo infra de Florenis Rhenanis dicentur.

q) Conf. *Frisius*, Spec. Monet. p. 119. Es sind, inquit ille, die Pfand-Verschreibungen auf Lilien-Gulden gemeiniglich gerichtet, von etlichen kleine Gulden genannt, die um das Jahr 13 o. ein Pfund Franckfurter-Heller gegolten. Add. *Schlegel.* l. c, p. 26. sqq.

r) Nomen Rapper/ inquit Cl *Sperlingius*, Epist. de Num. Bract. Orig. p. 76. *num extra Alsatiam numis detur, nescio: illic vero frequentes sunt, & semper inter minimos.* Basileensium noster est. Explicationem Insignium tradunt Per Ill. *Ebnerus* & *Wagenseil.* l. c. n. XXVI. Verba eorum sunt: Explicatio *Insignium Urbis Basileensis* mire torsit Autores: nam Galli explicarunt, ac si esset *un Estuy de Crosse*, ein Futter über einen Bischoffs-Stab, Germani ein Fahr-Stachel; alii ein Ding, figura nigra. Anchoram, vel Hamum nos esse statuimus, quia ex *Christian. Urstisio* refert *Petr. de Andlo*, Basileenses Piscatorum Imperii Romani officium habuisse.

differre videantur. s) Et hinc sane mirum non est, quod & valor pristinus ad dimidium Flor. antiqui Rhenan. (quo pretio t) etiamnum in irrogandis pendendisque maxime multis, in agris Bambergensibus, pauloque viliori u) in tractu ad Danubium Vohburgensi, æstimari solent libræ Halensium,) florenisque nostris argenteis in locum aureorum substitutis, ad dimidiam etiam illorum partem x) reciderit, & tandem sub finem Sec. XV. z) (in nostris cumprimis terris) alia rei numariæ forma & computandi numos ratione adscita, ad 7½. Cruciatorum summulam descenderit. Id quod & celebratissimis olim Germanorum numis *Bracteatis*, penningis vulgo dictis, accidisse paulo ante commemoravimus. aa)

§. CXVI.

De Solidis denariorum & Halerorum, vulgo Schilling-Pfennige/ Schilling-Heller *dictis.*

Ut ad Libras, Marcas & Talenta, ita & ad *Solidos numorum*, Halensium inprimis, nec non Penningorum computationem fieri,

---

s) Nisi forte in Classem Helblingorum, ut adpellant, der Helblinge/ referre eos malis. Vid. *Schlegel.* l. c. p. 20. & 25.

t) 1¼. floreni, nostræ monetæ. Tenacissimi tamen institutorum Majorum suorum Isnenses in Svevia; qui, quas Consulibus suis quotannis salarii etiam loco debent XII. Halerorum libras, 30. florenis modernæ nostræ monetæ dependunt, 2½. flor. singulas æstimantes libras. Et apud nos certus librarum Halensium numerus lege antiqua Imperatori dependendus, pretio haud ita pridem constituto, libris singulis duobus florenis æstimatis, quotannis exsolvitur.

u) Floreni, seu 60. Cruciatorum, ejusd. monetæ.

x) 30. circiter Cruciatorum nostrorum.

z) Post magnam illam, qua de supra conquesti sumus, in re numaria Germaniæ calamitatem. Ex qua & nova ut temporum, ita & rei monetariæ subnata est Periodus.

aa) Plura de pretio & valore Librarum Halensium tradit *Wehnerus* Observat. lit. G. Conf. *Struvius* Historisch. Polit. Archiv. P. I.

fieri, ex iis quæ diximus, luculenter satis dispalescit. a) Non minus inde notæ & frequentes voces, *Solidi Halerorum*, Schilling Heller, *solidi* it. *denariorum*, seu Penningorum, Schilling-Pfennige, ac *libræ Halerorum*, Pfund-Heller. Dubium certe ex eo natum, an, qui hoc nomine proprio gaudeant, conflarit media Germania numos? b) Nomen verò unde traxerint solidi in aprico: quis enim dubitet à *solido*, (dick. dichte,) quod ingrum priscis erat, cuique nihil desit, dictos esse? bb) Schillingi, Schillinge, unde dicantur, obscurum magis: dum alii vocem, quæ in Glossariis antiquissimis effertur Silihhun, Silihhuno & Silihha, è voce à Romanis in re nummaria usurpata, *siliqua*, quæ *quarta Unciæ* pars est, c) derivant; alii contra cum *Frisio* d) argutantur, das Wort Schilling, ist ein recht alt Teutsch Wort, wie man sonst Pfenning, Achtling, Seßling/ Vierling, Dreyling, spricht, vielleicht von den Schellen oder Klingen erdacht, als ein klingender harter Pfennig; wird auf Lateinisch Solidus, das ist ein gantzer, genannt. Alii denique teste *Jænichio*, *) à Cive quodam Thorunensi, *Bernh. Schillingio*, qui primus omnium A. 1335. Schillingos fabricasse perhibetur, & maxime quidem probabiliter, vocem deducunt. Prima, ut ad rem ipsam veniamus, solidorum ætas non nisi aureos peperit diverso pretio, & apud Francos quondam quadraginta

Ff 3 æsti-

a) Conf. *Schlegel.* de Numm. Gothanis, p. m. 184. sq.

b) Die Schillinge (hanc in sententiam scribit Auct. der Nachricht von den Sächs. Gr. p. 13.) sind gemeiniglich keine in gantzen ausgemüntzte, sondern eine aus Pfennig und Hellern zusammen gerechnete Wehrung gewesen.

bb) Vid. *Hachenberg.* l. c. p. m. 364.

c) *Hachenberg.* l. c.

d) l. c. p. 136. Conf. Auctor der Nachrichten von Sächsischen Groschen / p. 11.

*) Meletemat. Thorunens. p. 518.

æstimatos denariis. e) Solidos argenteos Seculum jam VI. protulisse contendit *Frisius*. f) Ita enim ille: In dem VI. Seculo ist angezeiget, daß der Zeit die Leut in Teutschland bey Solidis, das seynd Schillinge, ihre Rechnung gehalten, daß 20. Schilling ein Pfund gethan, und ein Schilling bey den alten Teutschen, Bayern, Francken, ꝛc. 12. Denarios, Pfennige / gemacht; und solches von alten Gebrauch, wie der Lex Tit. 38. sagt: ꝛc. Ex quibus verbis & id discimus, quod & quantum pretium, valorque solidorum olim fuerit. Confecisse videlicet 20. Solidos libram, (qualiscunque etiam illa fuerit,) & in Coloniensi quidem Uncias VIII. & Semuncias, seu Lotones XVI. unum vero solidum Penningos, seu denarios minores XII. qui in nostra pecunia Cruciatis æquipollent XXXVI. Daß also regular ist, und bleibet, addit *Frisius*, g) daß 12. Pfennige einen Schilling thun.

e) de aureis Romanorum solidis, Gold-Gulden, conf: *Hoffmanni* Müntz-Schlüssel, P. I. p. 110. sq.

f) p. 136. Specul. Monetar.

g) l.c.p. 136. Conf. p.seq. & p. 121. daß der gemeine Mann in diesem Seculo vor erst mit den Struben-Pfennigen/ (Bracteatis) nach Schillingen und Lothen verdingen, und Marcken / auch Pfunden zu 20. Schillingen (Pfundige Schillinge) gehandelt Conf. *Schlegel.* l.c.p. 5. in Not. De cetero, quem regularem hic *Frisius* Solidorum venditat valorem, numerumque eis adjudicatorum Penningorum, variasse sæpe, ex dicendis patebit. Quibus e. gr. addo censum ab A. 1409. Villæ cujusdam apud nos annuum ex 8. Solidis numorum *penningorum longorum*, (aut oblongorum potius, seu quadratorum,) *12. penningis, totidemque caseolis & Gallina* (i e. 8. Schilling-Pfennigen, der langen, und 12. Pfennigen/ nebst 12. Käsen und 1. Fastnachts-Hennen) constantem. Ex quo clarum est, pluribus, quam 12. Penningis tum temporis valuisse Solidum. Comparabatur olim ille census 1. fl. 43. Cruc florenus autem unciali, qui & ipse 60. efficiebat Cruciatos. Summa adeo totius census in ære nostro complet 3. flor. 26. Cruc. A qua summula 18. Cruc. pro Caseolis, & 12. Penningis, Gallinæ & pretio, subtractis, solido cuilibet 20. Cruciati nostro pecuniæ erunt adjudicandi,

thun. Und ist hinwiederum zu wissen, daß die Schillinge sich reguliren nach den Pfennigen; gute Pfennige / gute Schillinge; geringe Pfennige / geringe Schillinge. Corruptis adeo Penningis seu denariis, Halerisque, quod Sec. XIV. & sequentibus magis magisque factum, non potuerunt sane & Marcæ & Libræ, cumque iis Denariorum & Halerorum corrumpi, perdique, solidi. At ne numerus quidem Solidorum vicenarius semper constitit Libris, Marcisque. Paulo ante diximus Imp. Ludovicum Bavarum ad A. 1320. Solidos 36. adjudicasse Marcæ. Carolum IV. vicissim, & A. quidem 1352. Marcæ solidos Halensium 31. & Haleros 4. Ad An. denique 1385. Imp. Wenceslaum Marcæ Norimbergensi Schillingos tribuisse 49. & 4. Haleros docuimus. Circa A. 1428. Imp. Sigismundus Norimbergensibus (quibus præter Florenos Hungaricos & Rhenanos, ut & Haleros, Penningosque (Pfennige) cum Helbingis (Helblinge, Heller, vulgo dictis) nullum aliud numum genus eo tempore in usu fuit,) jus concessit fabricandi Schillingos, quorum 86. Marcam constituerent, *) Ex quo patet, quod in primæva numorum puritate Denariorum, Halerorumque solidi sequiorum seculorum numerum haud æquarint. Quanta denique in valore suo decrementa passi sint Solidi Sec. XV. & sequenti, ex communi numûm decremento colligi potest. Apud Argentoratenses non nisi senos cruciatos ex illo tempore valere cœpisse, & etiamnum valere, Auctor est paulo ante laudatus *Eisenschmidius*: h) In Civitatibus aliis in Denarios degenerasse & grossos, tribus nostris æquipollentes cruciatis, constar. Utque

*) An, & quæ sit differentia Solidos inter & Schillingos? ex dictis patet. Patet etiam Solidos æque ac Schillingos peculiare monetæ genus aliquando constituisse.

h) Disquisit. de Pond. & Mensuris Veterum. p. 137.

Utque jam olim apud Gallos & Francos, teste *B, Schmidio*, i) diversum fuit solidorum pretium: ita Gallorum modernorum hujus generis numulos *duodenarios* esse, & nonnisi duobus valere cruciatis, novimus. k)

§. CXVII.

De Denariis veteris Romæ mediique ævi.

Multoties etiam in re numaria medii ævi *Denariorum* occurrit mentio. Eorum adeo σκέψις accuratior locum meretur, eumque haud postremum. Adde, quod solidorum, denariorumque eadem sæpe ratio, idemque valor. *) Utrum à *denis assibus æreis*, quos apud Romanos valuisse quondam dicitur a) an verò à *dando*, quod vult *Isidorus*, b) *quia pro nummis decem imputabatur*, nomen sortiatur denarius, non attinet fusius h. l. explicare, denariorum Germanorum, eorumque argenteorum, c) ratio dum expedienda est, & exponenda. Notum quippe, ex longo Romanorum numorum usu nón invaluisse modo & apud Germanos denarios, sed & pretium stetisse ad rationem denarii Romani, qui, juxta *Agricolam & Budæum*, d) *octava unciæ pars*, ($\frac{1}{2}$ Orths Thaler,) *fuit diurnumque apud Romanos peditis stipendium, uti apud Græcos Drachma Attica*,

i) Lex. Eccles. P. I. p. 48. Conf. *Hübneri* Staats-Zeitungs- und Conversations-Lexic. in voc. Schillinge, ubi gentium complurium diversus Schillingorum valor exponitur.

(k. Vid. *Fabri* Thesaur. Erudit. Schol. in voc. Solidus. De cetero complura de Solidis ἀξιομνημόνευτα colligit *du Fresne* in Glossar. med. ævi Latinit. Colligit & *Hachenberg*. l. c.

*) Conf. *Hachenberg*. Germ. med. diss. X. p. m. 367.

a) Vid. præter *Fabrum*, l. c. ad voc. *Denarius Priscian* de Ponderibus, *Eisenschmid*. l. c. p. 124. & alibi, *Wedelius*, Centur. II. Exerc. Med. Phil. Dec. I. VII. *Tenzel*. Bibl. Cur. Rep III. p. 404. alii.

b) Apud *Fungerum*, Lex. Etymol. p. 282.

c) Et aureos dari denarios, *Hachenberg* probat. l. c.

d) Apud *Hachenberg*. l. c.

Attica; e) *plane ut hac ratione XCVI. denarii libram XII. Unciarum constituant.* f) Quo posito libra & marca Coloniensis VIII. Unciarum, LXIV. constabit denariis, totidemque drachmis, quas Quintlein, cum vulgo interpretamur. g) *Et hac numi specie tributum exigi solitum*, notat *Grotius*, ad Matth. c. 22. 19. Erat autem adeo & *denarius Judæorum ad nostram monetam octava pars Joachimici*. h) De cetero cum apud Romanos magna denariorum varietas, ceu pluribus nos docent *Hoffmannus*,

e) Conf. *Tentzelius*, l. c. p. 407. it. Hoffmanni Müntz-Schlüssel, p. I. 105.

f) Verba sunt *Hachenbergii*, l. c.

g) Die meisten (hanc in rem scribit *Wedelius* apud *Tentzelium*, l. c. unter den Römischen Denariis, und sonderlich die Serrati, als die besten, wiegen ein Quintlein, und schreibet *Galenus* ausdrücklich: Drachma est, quod Romani Denarium appellant. Eben derselbe lehret auch, daß 8. Drachmæ, oder Quintlein, eine Untze machen. Nach unserer Müntze halten viele den Denarium vor einen Schreckenberger; es ist aber besser numero rotundo zu sagen/ 3. Groschen schweres Geldes, oder einen halben Orths-Thaler species.

h) Verba sunt Fabri, l. c. f. 680. in voce denarii. Also wenn Matth. XX. commentatur *Wedelius*, l. c. der Haus-Vatter mit den Arbeitern eines wird um einen Groschen, zum Tag-Lohn, so finds nach unserer Müntze drey oder vierthalb Groschen/ wie viel man noch heut zu Tag den Tag-Löhnern zu geben pfleget. Der Stater Matth. XVII. wieget eine halbe Untze, einen Ebräischen Seckel, oder nach unserer Müntze 12. Groschen. (Conf. *Hoffmanni* Müntz-Schlüssel, P. I. 92.) Die 300. Groschen Joh. XII. 5. betragen 37. und einen halben Thaler. Ein Pfund aber bestunde nur auf 12. Untzen, wie noch ietzo bey der Medicin, nicht aus 16. wie jetzo in bürgerlichen Gebrauch ist. Also betragen die 10000. Pfund Matth. XVIII. 60. Tonnen Goldes; und die 5000. Groschen Act. 19. 19. machen 6250. Thaler. Conf. *Miri* Arithm. sacr. p. 168. 178. & locis pluribus. It. J. H. Biblisch Real-Lexicon. & *Bünting*. de Monet. Sacr. Script.

nus, i) Auctor der Nachrichten von den Sächsischen Groschen; k) alii; quid mirum si & Germanorum non ratione modo temporum, sed & gentium, multis varient modis. Sexcenta eorum genera, præter laudatum modo *Hoffmannum*, curiosorum oculis offert laudatus etiam modo Auctor der Nachrichte von den Sächsischen Groschen. Unam hic juverit ex iis, quæ supra dicta sunt, repetere distinctionem, qua in *majores* dispescuntur, de quibus hactenus, & in *minores*, quos penningos plus simplice vice diximus, & bracteatos. In horum Classem referimus cumprimis, quos paulo ante laudavimus, Penningos Ratisbonenses, quosque nostro hoc ævo *Grossos* salutamus Cæsareos, tribus nostris cruciatis valentes. Idem nempe fatum denarii Germanorum experti sunt, quod alia numorum genera sunt perpessa, ut in valore & pretio suo nullo non seculo sequiori defecerint. Ne dicam, quod *Polonorum Grossi* nostro hoc ævo Cruciatis redimuntur. Celebritatem vero maxime nacti sunt, Bracteatis seculo XV. exulare jussis & extermi-

i) Alter und neuer Müntz-Schlüssel/ P. I. p. 105. sq.

k) p. 2.

l) Quos superius ævum denarios vocitavit, inferius *Grossos* dixit, à Latinis petita voce. Grossi (scribit *Schlegel.* de Nummis Saalfeld. lit. Q. 4. a. *fuerunt appellati, respectu Bracteatorum. Originem illi suam ex Italia per Bohemiam traxerunt, ad Silesios, Borussos & Saxones mox deferendi.* Und diese (pergit Auctor der Nachricht von den Sächsisch. Groschen/ p. 16.) A. 1296. gemüntzte Böhmische Groschen, nach dem Werth der Schillinge, auf 12. Pfennige geschlagen, sind zum Unterschied des vorherigen dünnen und hohlen Geldes Grossi, auf Teutsch Groschen/ das ist grosse und dicke Pfennige genennet/ und benahmet worden; womit als der grösten Müntz-Sorten, biß gegen das Jahr 1500. da zu erst die gantzen, halben und vierthels Thaler aufgekommen, alle Handlung geschehen.

terminatis, magna copia surrogati. Qua de re pluribus infra. m)

§. CXVIII.

Et *Turonenses* numos, quos vulgo Turnosen, it. Tornes, cum *Frisio* salutant, ab urbe *Turono* a) in Gallia, ubi primum circa A. 1300. cusi perhibentur nomen sortitos, Germanos olim adamasse constat. Denariis eos multi accensent. Quid quod *Frisius* b) de iis scribere haud veretur: Die Groschen sind meines Erachtens aus Franckreich (von den Turnosen) entsprossen, da die Marck Silbers in 8. Untzen, die Untz in 8. Groschen, die Groschen in 3. Pfennige, (Bracteatos) daß die Untz in 24. Pfennige getheilet wird, und der Grosch ein Qvintlein oder Drachma-Gewichte, wie die Röm. Denarii auch gewogen. Quibus ex verbis & hoc simul patet, primâ Turonensium ætate, eorum pretium respondisse denariorum (majorum) pretio, & octava Joachimici parte (einen halben Orts-Thaler) valuisse. Adstimulatur *Hachenbergius* noster, ante *inductum Dalerorum nomen*, scribens, c) *magnus argenteorum numorum usus per Germani-*

De Numis Turonensibus, Turnosen/ *vulgo dictis*.

m) Plura de denariis medii ævi & recentioris exhibent præter *Hachenberg*. l. c. *du Fresne* in Glossar. Lat. med. ævi ad voc. Denarius, it. Grossus; & *Hübnerus* in Lexicis, ad voc. Groschen: ubi etiam de valore variarum gentium Grossorum multa occurrunt lectu & memoratu digna. Adde, sis, *Frisium* & *Schlegel*. ll. cc. Affinia sunt lectuque dignissima, quæ celeberr. *Kœlerus* de Denario Petri in Anglia scite commemorat, Histor. Müntz-Belustigung, III. Stuck, p. 17. sqq. Conf. Entwurff des Lebens der Könige in Engelland, p. 42. it. p. 78. sq.

a) Vid. *du Fresne*, in Glossar. Lat. med. ævi, ad voc. Moneta. It. *Frisius*, spec. Monet. p. 174.

b) p. 162. Conf. Auct. der Nachricht, von den Sächsischen Groschen, p. 15. It. *Hoffmannus*, l. c. p. 235. sq.

c) l. c. p. 373.

maniam fuit, qui Turonis in Gallia cusi sunt, TURONENSES dicti, & in Teloniis Rhenensibus TOURNES, quos varie ab interpretibus æstimari scribit Covarruvias, sed in EXTRAVAG. PRIMA DE CENSIB. INTER COMMUNES §. PORRO, ita examinari, ut duodecim argentei Turonenses efficiant FLORENTINUM aureum. Nec aliter multo sentit *Bodinus*, d) *septem*, inquiens, *denarii Romanorum, perinde ut octo drachmæ Atticæ uncium constituunt. Nos Grossum appellamus: qualis fuit Majorum nostrorum ætate GROSSUS TURONENSIS, argenti optimii regalis, cui tantum vigesima quarta pars ad purissimi argenti bonitatem deesset.* Addo, quod in foedere, quod Bernates cum minoribus pagis Helveticis sancivere, *Grosso Turonensi stipendium peditis diurnum æstimatum, veluti Attica Drachma Græcis, denarius Romanis diurnum peditis stipendium*, juxta *Pollucem* ac *Tacitum*, *fuit.* Hinc non male Anonymus quidam, quem & supra laudavi: Wann ein neu Teutsche, oder Cölnische Marck fein Silbers, in 16. Lothen bestehend, und 64. Denarios majores, oder Turonenses, hingegen 160. Denarios minores, oder Regenspurger-Pfennig haltend, auf 8. Gold-Gulden kommet, so wirfft ein Gold-Gulden 8. Turonenses aus. Et paulo post: Weil denen Reichs-Müntz-Ordnungen nach, ein jeder heut zu Tag 24. Batzen geltende Reichs-Thaler 2. Loth; it. 8. Turonenses ebenmässig 1. Unciam halten, so thun zwey Fünfftel eines Turonensis -6. so genannte leichte Kreutzer 2c. Et *Hoffmannus* e) Und ist ein Stuck (der Turnosen) nach den Reichs-Thaler zu 90. Kreutzern gerechnet, werth gewesen 15. Kreutzer, 2. Pfennig. Non amarunt autem solum, quod dixi, superiorum seculorum Germani numos Turonenses, sed & ipsi conflarunt. Testis est *Schlegelius*, f) qui prolato hanc in rem

d) Flor. aureum superioribus jam tum seculis æquipolluisse Unciali argenteo, ponderis & bonitatis primariæ, alibi dictum.

e) de Republ. Lib. VI. C. III.

f) Tr. de Numm. Gothani p. m. 29. §. XXVIII.

in rem Imp. Sigismundi ad A. 1428. Privilegio Civitati Francofurtensium concesso, ad verba; mögen schlagen und machen lassen silberne Müntze auf solche Turnise, &c. commentatur: *Hos à Philippo Pulcro, in Urbe Turono, Galliæ conflatos imitati rursus sunt in Germania Francofurtenses, itemque postea Noribergenses, cujus urbis quippe Turonum aliquando videre mihi licuit. In Franckofurtensibus iisque primis quorum 84. marcæ, singuli verò denariis, seu Grossis nostris 3. æquipollebant, passim legas: TURONUS FRANCOfurtensis, in area cruce conspicua; circa vero: SIT NOMEN DOMINI DEI NOSTRI BENEDICTUM; Ab altera parte: Mõe Nova, medium areæ Aquila μονοκεφάλη imperiali occupante, in circumferentia quadam, quam lilia undique circumdant.* Hujus generis Turonensem delineatum videas apud laudatum modo *Schlegelium.* h) De cetero, ut nulla non veterum numorum genera insigne passa sunt inferioribus seculis detrimentum; ita & Turonenses integri non manserunt & incorrupti, sed sensim in valore suo decrescentes non nisi *cruciatis* nostro valent ævo *duobus,* denariorum, Grossorumque fata plus nimio experti. i)

§. CXIX.

Florenorum etiam in Historia medii ævi numaria mentio frequentissima; quibus cum numorum suppletoriorum minorum comparationem non hodie magis quam olim, factam fuisse animadvertimus. Ita legimus in Constitutione quadam Imp. Sigismundi ad An. 1385. *Halensium numorum libram* (Pfund Heller) *floreno æstimari debere ac valere.* Sed, quo inquis,

Florenorum veterum, atque ac recentiorum, origo & valor.

g) l. c. p. 236.
h) l. c. Tab. I. n. 26.
i) Haud adeo male *Hoffmannus.* l. c. Es ist aber damit gegangen, eben wie mit andern: dann sie dermassen geringert, daß sie kaum die Helffte ihres ersten Werths mehr haben, Conf. *Schlegel.* l. c.

quis, jure florenos tribuas medii ævi seculis, cum paulo ante dixeris, Sec. XVI. initio adscribendos esse Solidos illos grandiores, Vallenses, seu Joachimicos florenos, alios? Noli falli, ubi falluntur & fallunt, qui differentiam inter florenos nostros modernos, & Veterum aureos, aut ignorant, aut non curant. Altius juverit rem repetere & expedire. Aureos solidos & Romanos olim cudisse & Francos veteres, supra diximus. a) Cuderunt & Veneti, nec non Genuenses, Sec. XIII. b) à lemmate: *Sit tibi Christe datus, quem tu regis iste DUCATUS*, Ducatos (Ducaten) dictos. c) Utrosque mox imitati sunt Reges Hungariæ, Bohemiæ, Poloniæ, Daniæ, Sueciæ, Angliæ & Hispaniæ? Nec displicuit Institutum. Germaniæ Principibus, Civitatibusque, Sec. XIV. & sqq. Gloriosissimusque Imperator Maximilianus I *Ducatus Carentanus*, suis inscribi jussit aureis. Ut de *Coronatis*, seu *scutatis*, Gallorum nummis aureis, & in Germanorum etiam commerciis notis, quique ad similitudinem Veterum Byzantinorum d) cusi, Ducatos pretio superant, e) nil moveam. Ad Italos redeo. Quos inter

a) Conf. *Hoffmanni* Münß-Schlüssel, P. I. p. 109. sqq. & 116. Ubi & valor pretiumque istorum Denariorum aureorum examinatur. Add. *Hachenberg*. l. c. p. 364. sqq.

b) Annum natalem Ducatorum vulgo constituunt 1280. Conf. *Hoffmanni* Münß-Schlüssel, P. I. p. 286. sq.

c) Nugatur *Polydorus Vergilius*, Lib. II. de Invent. Rer. C. XX. Ducatos, à Ducatu, quem Magistratum Longinus, Imp. Justini in Italia Præfectus, primum instituisse fertur, appellatos, & sub finem Sec. VI. conflatos esse, contendens.

d) Byzantini (Byzantii, Bisantii, *Bezants d'or*) erant ducati aurei Constantinopolitanorum Christianorum Impp. usitatissimum medio ævo, per Germaniam etiam, monetæ genus, donec aurei Florentini, & post hos Rhenani, in illorum locum succederent. *Schlegel.* Tract. de Numm. Gothan. p. m. 19. sq. Conf. *Hachenberg*. p. m. 379.

e) De Coronatis aureis leg. *Hachenberg*. l. c. 372. *Hoffmannus*. l. c. p. 287. *Cangius*, Glossar. Lat. Tom. I. f. 1349.

inter *Florentini* numis suis aureis Germanorum Rhenensibus, (Rheinisch Gold = Gulden) æque ac modernis nostris Florenis argenteis luserunt. Cuderunt autem istos suos aureos Florentini primum A. MCCLII. titulo 24. Cerasiorum, (Carrate) quorum octo unciam conficiebant. Inde & hodie in veteribus florenis observamus, eos exacte pendere Drachmam. Uni parti insculptus erat *lilii flos*, unde moneta nomen habet; in altera effictus S. Johannes Baptista. f) Scite adeo *Frisius*: g) die Lilien-Gulden sind zu Ende, (Mitte potius) dieses Seculi (XIII.) zu Florentz in Italia geschlagen, in Teutschland eingeführet, und im folgenden Seculo (XVI.) dermassen gangbar und angenehm worden, daß der Handel dabey getrieben, wie jetzt bey den Thalern, und die Pfand-Verschreibung auf Gulden gemeiniglich gerichtet, von etlichen **kleine Gulden** h) genannt, die um das Jahr 1350. i) ein Franckfurter Pfund-Heller gegolten. Diese Lilien-Gulden seyn von den Lilien und Aufschrifft Florenus, *Floren*, geheissen; Dahero auch noch heutiges Tages die Gulden *Floren* genannt, und mit fl. angedeutet werden. Eadem fere, sed fusius, tradit *Hoffmannus*, k) Sec. XII. florenos hosce adscribens. Tradit & *Freherus*, l) tradunt & alii. m) Gulden & Guldiner vero quasi Goldiner, à Germanis postmodum ob materiam auream (Gold,)

f) Conf. *Cangius* in voc. Floren. *Schlegel.* l. c. p. 69.

g) Spec. Monet. p. 119.

h) Ad differentiam non aureorum modo Byzantinorum, Gallicorum, &c. qui lati audiebant Florentini, vid. *Schlegel.* l. c. c. 28. sed & argenteorum Sec. XV. & sqq. Uncialium, pretio illis æquipollentium.

i) Conf. Constitutio Imp. Wenceslai ad A. 1385. de qua supra.

k) Libr. laud. T. II. c. 1. von des Guldens und Gold-Guldens Namen und Ursprung/ auch was selbiger zu Anfang gegolten, p. 5. sqq.

l) In Tract. de re Monetar.

m) *Schlegel.* l. c. Actor der Nachricht von den Sächsischen Groschen, p. 14. it. *Hachenberg.* l. c.

(Gold,) nuncupatos esse, nullus dubito. Qua vero ratione, inquis, & Florenorum Rhenensium nomine mactati sunt? Causam reddit laudatus *Hoffmannus*, wie sich aber n) scribens, zugetragen, daß besagte Floreni, (Florentini) an Schrot und Korn abgenommen, haben die 4. Rheinische Chur-Fürsten dergleichen ausmüntzen lassen, welche man Rheinische Gold-Gulden genennet hat, worzu gekommen sind die Ungarische Gold-Gulden, o) so denen Ducaten an Werth gleich gewesen: Dahero noch der Unterscheid unter den alten und neuen Gold-Gulden verhanden. *Degenerarunt illi*, pulcre *Hachenbergius*, p) *paulatim in Florenos, sive aureos Rhenenses, quos quatuor Principes Electores, Moguntinus, Trevirensis, Coloniensis, Palatinus, ineundis augendisque commerciis communi nomine signarunt.* Pretium quod attinet Florenorum aureorum, de quibus sermo nobis est, antiquorum, Rhenensiumque drachma eos constitisse primum, paulo ante diximus. Drachma autem (ein Quintlein) quartam partem semunciæ, seu Lotonis, efficit. Hinc prono fluit alveo, optimum quemque florenum aureum, q) Ungaricumque, qui ducato comparatur, aureis admodum respondere ævi nostri imperialibus. Inde &, quem supra laudavimus, *Anonymus* ille, optimos quosque, (die besten Gold-Gulden) ducatis modernis, & duobus seculi nostri Uncialibus, 2. Reichs-Thaler *in speciebus*, ut verba ejus habent, simul & octo florenos Marcæ argenti puri, æquiparat. Intellectu adeo facile, qua ratione Imperator Wenceslaus, quod iterum iterumque reperimus

n) loc. cit. p. 5. sq.

o) Æquiparantur & in Constitut. Imp. Wenceslai ad A. 1385. Floreni Rhenani & Ungarici, ein guter Rheinischer und Ungarischer Gulden.

q) Optimum quemque dico: num qui subsequentibus seculis prodiêre, haud pariter omnes ejusdem fuere ponderis ac bonitatis; pretio adeo minori, v. gr. 2. nostris Florenis & 50. Cruc. æstimandi.

timus, A. 1385. numorum Halensium libram floreno comparerit rhenano, & celeberrimus *Limnæus* 4. nostrorum argenteorum florenorum tribuerit libræ. At vero non eadem semper ratio valoris & pretii superioribus seculis numorum aureorum cum argenteis comparatorum. r) Vncialibus argenteis pares sec. XV. habitos fuisse florenos, historiæ & antiquitatis monumenta probant. Se[illegible]& hoc probant, Vncialem, seu Joachimicum (ad A. 1582. s) non nisi ex 68. cruciatis constitisse, eodemque rerum articulo Ducatum (Zeggin seu Zeccin) 1. fl. 45. cruc. Florentinum vero 1. fl. 15. cruc. ejus temporis monetæ. Quod autem creverint mox pretia aureorum, factum esse ajunt, quod & indies fere auri inopia & numorum argenteorum, (quod supra etiam diximus,) adjuncto ære creverat corruptio. Dieweil die Silber-Müntze, recte inquit *Frisius* t) nach der Hand und Schrot verringert; so seynd die Gold-Gulden dagegen gesteigert, und ungleich aufgenommen, dar-

Hh aus

r) Vid. apud *Hoffmann.* l. c. p. 50. & sqq. Quæst. 14. Um wie viel dann haben die Römer das Gold gegen dem Silber höher æstimiret und geachtet? & Quæst. 15. Um wie viel ist das Gold gegen dem Silber vor Alters, vornemlich in dem verflossenen XVI. Sec. gewürdiget und höher geachtet worden? Id quod nosse apprime utile est. Proportio, quæ ratione excellentiæ auri decupla olim fuit, (ut ne de septupla cum semisse dicam,) post duodecupla, mox quintecupla, sedecuplam nostro ævo, quo Ducatus, seu drachma auri 4. florenis & 10. 12. Cruc. æstimatur, excedit. Weil die alten gute Ducaten, inquit *Hoffmann.* d. l. und fast alle Gold-Gulden, schier allerdings verlohren, — als hat man um der Ursach willen 15. Marck fein Silber gegen ein Marck Goldes, ein Ducaten auf 3. fl. (ja wohl auf 4. fl. und höher,) geachtet/ 2c.

s) Conf. Tab. publ. sub rubrica: Verzeichnuß der groben Müntz-Sorten, wie die von A. 1582. biß auf unsere Zeiten gestiegen/ und gefallen, auch valvirt worden.

t) Libro laudato, p. 119. Conf. *Schlegel.* l. c. p. 69. H. Auctor der Nachricht von den Sächsischen Groschen, p. 14.

aus erfolget, daß den Gold-Gulden eine genannte Zahl-Müntze gesetzet worden, nicht höher geltende. Ex quo vero mox & id damni sequutum, ut quum floreni, non in auro, seu natura, quod ajunt, amplius, sed numis corruptissimis argenteis persolverentur, compensarenturque, ad tanto etiam minus pretium illi redigerentur. u) Hinc, ne pejus magis magisque res rueret, cavendum statuit Gloriosissimus Imp. Ferdinandus I. decreto publico, x) ut in pretio Floreni ejus temporis argentei unius, cruciatisque 15. (uff fünff Ort eines Gulden) valor aurei solidi acquiesceret. In den Nürnbergischen Statuten, addit *Hoffmannus*, z) findet sich der Gulden Stadt-Währung von 20. Batzen und 20. Pfennige darauf; 2c. zz)

§. CXX.

De Florenis argenteis Uncialibus, seu Thaleris, eorumque prima origine.

Varium & mutabile semper pecunia aut moneta potius. Testis est vel una paulo ante laudata Tabula monetaria. Quos in auro florenos secula dedere XIII. XIV. XV. posterius ævum in argento exhibuit; uti Romanorum olim solidos aureos Franci rerum potiti, eorumque successores, in argento repræsentarunt. Repræsentarunt autem primum Florenos A. 1485. ex metalli fodinæ Schneebergensis reditibus perquam benignis Saxoniæ Duces, Elector *Ernestus* & *Albertus*, frater, & quos

u) Dahero seynd auch die Worte, scribit *Hoffmannus*, lib. cit. P. II. p. 6. Rheinische Gulden/ (zum öfftern) von Gulden in Müntz/ nicht in Gold zu verstehen, absonderlich in Verschreibungen de Florenis Usualibus. &c.

x) Müntz-Edict, de A. 1559.

z) l. c. p. 7. locisque aliis compluribus. Quis vero omnes mutationes verbis paucis queat complecti?

zz) Obiter hic nota: omnem omnium seculorum florenum in partes sexagenas, quas Schocke vocant, olim fuisse divisum. Quas partes inferius ævum Cruciatos apud nos vocare consuevit.

quos conflari curarunt Unciales, Groſſos valentes aureo, Gulden-Groſchen, it. dicke Gulden-Groſchen, appellarunt: *Tota quippe res pecuniaria teſte Maſcovio* a) *in Saxonia Groſſis olim continebatur, ipſique aurei, ut paſſim judicavimus, certa Groſſorum ſumma æſtimabantur.* Adſtipulatur ætati *Mollerus:* b) Zum Gedächtnus der Theilung in die Lande ſind dieſe Zeit (A. 1485.) zum allererſten gantze Stuck Silber, unter beyder Fürſten Bildnuſſen und Namen gemüntzet worden, die man anfänglich 2. köpfſichte Gulden-Groſchen / weil einer ſo viel / als ein Rheiniſcher Gulden gegolten / ꝛc. genannt. Deme zu folgen, (addit Hoffmann. l. c. c) haben die Fürſten zu Meiſſen auch dicke Pfennige mit den 3. Angeſichtern und den langen Haaren nach dem 1500. Jahr auf dem Anna-Berg ſchlagen laſſen, 8. auf die Marck, zu 15. Loth ins Feine. Addo denique & *Albini* Teſtimonium: d) die Thaler, ehe ſie den Nahmen vom Thal e) bekommen, ſind Gulden-Groſchen genennet worden, derhalben, daß ſie ſo viel gegolten, als ein Rheiniſcher Gulden / und zu müntzen angefangen von den Schneebergiſchen Bergwercken, unter Churfürſten Ernſt und Hertzog Albrechten. Mutati vero

Hh 2 mox

a) τοῦ ἰσοφιλωτάτῳ, de re Monetaria, p. 51. §. 17.

b) In Annal. Fribergenſ. p. 125. Conf. *Knauts* Altzelliiſcher Chronic, 7. Theil, p. 44. Annal. & Auctor der Nachricht von den Sächſiſchen Groſchen, p. 18.

c) P. I. p. 282.

d) Meißniſche Berg-Chronic. p. 44. ſq.

e) Thalerorum, qui inter numos argenteos principem obtinent locum, etymon unde profluxerit, auctores non conveniunt. In voce vernacula Adler, quæ avium princeps in compluribus comparet Uncialibus, transpoſitis prioribus literis, ſunt, qui quærunt. A Tunica Talari, ſummorum Principum amiculo, alii nomen petunt. At rectius ſentiunt, qui à Valle Joachimica, Joachims-Thal, Bohemiæ loco, ubi Uncialium plurimi percuſſi primum fuerunt, vocem derivant. Conf. *Hoffmannus,* l. c. p. 281. ſq. it. p. 149.

mox & Novi nominis rationem perquam clare tradit *Mollerus*, f) die Gulden-Groschen, inquiens, wurden nach der Zeit Thaler-Groschen, oder Thaler von Joachims-Thal, benennet, da dergleichen gantze Stucke mit St. Joachims-Bild in grosser Menge gepräget worden, und der neue Namen davon aufkommen. g) Et inde etiam factum, ut Unciales omnes nostro hoc ævo *Thaleri*, *Vallenses*, & *Joachimici* salutentur, à potiori denominatione, quod solet, accepta. Conflati autem isti primum sunt, *teste Hachenbergio*, A. 1519. Comitum Slikensium Insignia, & St. *Joachimum* Abbatem parte una, altera v. Leonem Bohemicum præferentes, i) Slikensium exemplum, cum ea numorum forma perquam commoda haberetur, mox Imperator & Rex Ferdinandus, Germaniæ item Principes, deinde Sueciæ, Daniæ, Poloniæ Reges sequuti fuere; eminuerunt autem *Philippici* Hispanici Thaleri, quos *Regales* vocant. Quo in flore Vallensium seu Thalerorum, primum Uncialium istorum nomen Florenorum, der Gulden-Groschen, ꝛc. tantum non omne evanuit.

§. CXXI.

f) l.c.

g) Conf. Auctor der Nachricht von den Sächsischen Groschen, p. 143. ubi cumprimis notanda verba: Die Gulden-Groschen, jeder à 2. Loth Silber, wurden anfänglich A. 1485. als Gedächtnus- und nacher A. 1500. als Current-Geld geschlagen, auch seither A. 1519. da die Jochems- oder Schlicken-Thaler-Müntze unter den Nahmen Thaler-Groschen bekannt worden, schlechthin Thaler genennet.

i) Haud equidem ignoro Schlikensium Thaleris prolusisse Unciales Maximiliani I. A. 1479. conflatos; prolusisse etiam Archiducis Sigismundi Austriaci, A. 1484. percussos; quibus addo ejusdem ponderis solidos Wilhelmi Senioris, (Medium alii salutant) Hassi, ex Palæstina reducis, A. 1502. fabricatos. At omnes isti numi Memoriales potius quam Usuales sunt, numeroque pauci. Conf. *Hachenberg*. & *Hoffmannus*; it. *Winckelmann*. Chron. Hass. p. 43.

§. CXXI.

Abolito, aut spreto potius, pristino uncialium nomine, novoque, quod Thalerorum est, passim recepto, ne omnis plane veterum Florenorum aboleretur memoria, ad solidos semunciales, sub initium Sec. XVI. primum cusos, Florenorum transiit illustre quondam nomen, quod etiamnum durat. Mores nempe seculi vel ipsa imitatur pecunia, splendidos titulos in vilitate sua ambiens. Sie werden, scite noster *Hoffmannus*, a) dahero Gulden genannt, weil vormals die Rheinische Gold-Gulden nur auf einen Gulden gemüntzet, und vor 60. silberne Müntzen, welche heutiges Tages Gulden Groschen genennet worden, darauf die Zahl 60. stehet, einen Gold-Gulden gleich geachtet worden sind. Prodiere autem primum semunciales floreni argentei A. 1500. sub titulo & nomine **der helen und halben Gulden-Groschen.** Testis adest cum *Schlegelio* b) *Frisius* c) cujus verba sunt: A. 1500. haben die Fürsten von Sachsen **Friederich/ Johann** und **Georg** sich vereiniget, Gold-Gulden von 21. Schneebergern, d) **hele und halbe** e) schlagen zu lassen, welche die ersten Thaler gewesen, mit den 3. Angesichtern und langen Haaren, 2c. Et cum non ita longe post floreni priores Unciales Thalerorum nomen fuere sortiti, in Semuncialibus florenorum hæsit

De Florenorum Semuncialium, seu modernorum, Origine.

a) l. c. p. 280. sq.

b) Tractat. de Numm. Gothanis, p. m. 101.

c) Spec. Monetar. p. 128. Conf. Auct. der Nachricht von den Sächsischen Groschen. p. 80.

d) Ad voces **hele und halbe** commentatur modo laudatus *Schlegel.* l. c. Hi ipsi sunt semi-floreni-Grossi halbe Gulden Groschen, s. halbe Thaler.

e) *Hoffmann.* l. c. p. 148.

hæsit nomen, cum semi-thaleri vocitarentur antea. Thalero A. 1623. & sqq. Cruciatis 90. æquiparato, novi isti floreni in Saxonia vulgo zwey Drittel-Stuck, & dici & scribi consvevere, Reichs-Gulden ut plurimum alibi & vulgo dicti. Quilibet autem, & statuum quidem Imperii tantum non omnium, semi-Thaleri, 45. Cruciatis antea æstimati, Thalero solido ad Cruciatos 120. haud ita pridem æquiparato, 60. Cruciatorum valore digni sunt habiti. Quo facto & ipsi numi aurei insigne pretii accrementum proportione cum argento sedecupla, ratione pretii admissa, non potuere non prætendere, & indipisci. De cetero antiquissimi, quos ego quidem viderim, Floreni semunciales Saxonum sunt, & semi-Thaleri Halenses, A. 1542. & 1545. conflati.

§. CXXII.

De Cruciatorum, der Creutzer/

Et de *Cruciatis*, Cruciferis, Crucigeris, (vulgus Creutzer vocat,) quorum in explicanda re numaria medii ævi multoties mentio fit, tria dicenda sunt verba. Numos perantiquos judico, nomen multo recentius. Halenses in Suevis *numos signo crucis* (Creutz-Häller inde dictos,) & in digitos erectæ manus notatos Sec. XIII. excudere cœpisse supra diximus. Diximus & civitates in Suevia, Franconia, & ad Mœnum, Rhenumque complures, ejusdem commatis in immensa conflasse copia. Et eos ipsos numulos omni Germaniæ longe acceptissimos, quin à signo crucis *cruciatos* Creutzer, vocarit vulgus, idque dictu audituque pergratum jucundumque a) inter Christianos nomen, ad plerosque omnes ejusdem valoris & pretii numos transierit, eo minus dubito, quo frequentior dictis in locis eorum usus pariter & adpellatio. Nec pretium aliud

a) Vid. *Hübnerus*, Handels-Lexic. p. 440.

aliud iis tribuo, quam Haleri medii ævi, ad ſeculum usque XV. habuere. Habuere autem denarii minoris, quem tres noſtri ævi valent cruciati, aut Groſſus, quem dicimus, Imperialis: cujus generis numuli 20. Solido, 240. vero Halerorum libræ adſcriptos novimus. Sexagenas poſtea Florenorum quorumlibet partes, rejecta voculâ Gröſchlein, Creutzer, fuiſſe nuncupatas ex dictis patet. Diſtinctio Cruciatorum in Francicos, gute Creutzer, & vulgares, lippis nota eſt & tonſoribus. Nec quos cruciati bini noſtro ævo conficiunt, Albos, Weiß-Pfennige, noſtris quam ſuperioribus ſeculis, notius numûm genus, ſilentio prætermittendos arbitror. Denarios ex ære alios, alios argento cuderunt veteres. Illos à colore *nigros*, hos, *albos* vocarunt. Denarium nigrum Græci inferiores dixere *δηνάριον ἄσπρον*, unde hodierni *Aſperi* Turcorum, Græcorumque ſunt. b) At *Album* illis erat *δηνάριον λευκόν*. Uterque & in Britannia medio ævo in uſu fuit. c) In Belgium delatus iſte numus, ore Gallorum *Blanc* & *Blanca* vocari maluit. In Germania vero ad Rhenum in Suevia, Franconia, alibi, locum ſortitus ſequioribus ſeculis, immane quantum à pretio ſuo antiquo, quod Rege Henrico octo conſtabat denariis d) diſceſſit, fatum expertus, quod plerique numi antiqui omnes ſucceſſu temporis experti ſunt & perpeſſi. Paſſi autem procul dubio ſunt *denarii albi* inſigne hoc detrimentum in computationem relati *Batzionum*, ut vocat *Hachenberg* e) ſeu *Baccorum*, der Batzen; quod

Alborum, der Weiß-Pfennige.

Batzionum, der Batzen.

b) Vid. *Leonclavius* Pandect, Turc. p. XVIII. & *Busbequius* in Epiſtol.

c) Teſte *Cambdeno*, Lib. I. Hiſtor. Britann. ita autem ille: Tunc temporis currebat in Britannia moneta, valente quolibet *albo argenteo* ſex denarios Turonenſes, & parvi *denarii nigri* currebant &c.

d) Conf. *Hachenberg*. l. c. p. 375. it. 367.

e) Id. l. c. 374.

quod genus numorum frequens admodum nostra ætate per Sueviam, Alemanniam, Franconiam, &c. Sec. XVI. maxime invaluit, à *Bernatibus*, (aut Salisburgensium potius Præsule Leonhardo A. 1495.) primum introductum, f) & signo Ursi, cujus catulos vulgo Bätzle, vulgus adpellat, g) notatum. Agmen claudit mediæ Germaniæ numorum & quantitate & pretio postremus omnium, *Obolus*, seu siliqua. Qui uti minutissimum numi genus apud Romanos quondam erat: *nam nihil obolo minus majusque talento*: ita & exiguo semper pretio apud Majores nostros fuit, sex obolos uni Drachmæ tribuentes. Obolorum vicem hodie apud nos sustinent Penningi, Pfennige, ut vulgo vocantur, nobile quondam monetæ genus, nostro vero ævo ne obolo quidem dignum.

Obolorumque origine & valore antiquo.

§. CXXIII.

Duratio & Abolitio Bracteatorum.

De valore Bracteatorum, & ὡς ἐν παρόδῳ, aliorum mediæ Germaniæ numorum, variisque eorum computandi, inque certas summas colligendi, modis, pro ratione instituti, & brevissime quidem, egimus. Restat ut & pauca de *Duratione* & *Abolitione* eorum dicamus Primam Bracteatorum ætatem Seculo X. (aliis non Carolo M. modo, ejusque posteris, sed & multo superioribus seculis, eos vindicantibus; aliis contra ea seculo demum

f) Id. l. c.

g) Vid. *Matthesii* Sarepta Homil. XIV. daß also die Batzen, addit *H. Hoffmannus*, l. c. p. 235. ihren Nahmen von der Figur des Bären haben; gleichwie die Batzen dabevor A. 1495. zu Saltzburg mit einer Ruben geschlagen, Rubener genennet worden sind. &c. Als welche im gedachten Jahr, unter Bischoffen *Leonhardo*, im Werth auf 12. Pfennige gerechnet am ersten in Vorschein gekommen. Id. p. 147.

h) Conf. Programma nostrum de Præcepto sæpius commemorato. Ad. Act. Francon. IX. Sammlung. p. 641. sq.

demum XII. tribuentibus,) supra adscripsimus, quo, & subsequentibus quibusdam, cum numis solidis in usu illi fuerunt, & numorum suppletoriorum vicem sæpe sustinuerunt. Seculis XIII. & XIV. solidis magis magisque evanescentibus, soli fere (Bracteati) regnarunt, & mox plurimam partem admixto ære (id quod & ex Imperatoris Wenceslai Præcepto paulo ante à nobis allegato satis superque dispalescit,) corrupti in publicum prodierunt. Donec tandem aucto metallo nobiliori, auctis etiam melioris & elegantioris artis magistris, sculptoribus & artificibus, instrumentisque mechanicis utilioribus inventis, & indies melius excultis, ad numos bilaterales & Solidos, Grossos, quos dicunt, cumprimis a) animum adpulere, quibus cudendi numos jus suppetebat & potestas. Suasit non minus Bractealium, quam diximus, abolitionem ipsorum fragilitas, qua factum, ut non modo quotidiano usu detritis multum decederet, sed & haud pauci omnino diffringerentur, fragmentisque istis suis parum prodessent habentibus. Accessit deportandi incommoditas: siquidem cum non apte satis in certis etiam thecis, loculisque asservantur plerique eorum deportando inter se commixti, ac collisi, in fragmenta & particulas non poterant non abire & diminui. Hinc & factum esse perhibent, ut, quod *Dn. de Ludevvig* b) pluribus refert, certa strue & serie compositi, certoque numero in fasciculos quasi constructi & colligati in usum commerciorum circumferrentur. c) Quid? *Abolitionis Causa.*

Ii quod

a) Vid. *Hoffmann*, Müntz-Schlüssel p. 140.

b) Libro multoties laudato.

c) Olearius. Isagog. in Numoph. Bract. p. 16. De Sexagen. Groff. vulgo Schock-Groschen, quæ dici hic possent obiter, ex instituto tractat Auctor der gründlichen Nachricht, von den Sächsischen Groschen. Conf. *Frisius*, l. c. p. 133.

quod & certæ bursæ, in quibus citra damnum colligi possent & componi, parandæ erant & comparandæ. d) Et damnum denique accessit, quod possessoribus, ditioribus cumprimis, non evitandum fuerat: siquidem istæ lamellæ quovis decennio renovandæ, seu cum novis commutandæ erant; quoties vero renovabantur, non nisi XII. numi novi pro veteribus XIV. ceu supra diximus, *cambiebantur*. e) Alias, quas laudatus sæpe *Hoffmannus* addit, f) causas, taceo.

§. CXXIV.

Numorum novorum, eorumque bilateralium, elegantiorum que causa.

Quæ rationes satis certe prægnantes sunt, quod & quare cum Sec. XV. finem quoque suum sortiti fuerunt numi Bracteati & cavi, novique, & ii quidem solidi, sunt producti: Et quid ni producti sint, cum & (quod διὰ βραχέων, ob rei dignitatem repetere liceat,) locis in Germania compluribus nobilioris metalli venæ multo, quam ante, ditiores, repertæ exti-

d) *Hoffmannus*, l. c. p. 225.
e) *Olear.* l. c. p. 17. *Hoffmann.* l. c. p. 132.
f) Ita vero iste: Nachdem nun solche Pfennige an mancherley Orten, in Clöstern, Abteyen, Stifftern und Städten hin und wieder, durch Fürsten und Herren vielerley geprägtes, und mancherley Figuren von Rosen, Lilien, Fische, Töpffen, Cräntzen, Wappen und Bildern darauf geschlagen worden, daß nicht wohl möglich alle zu erzehlen, welche auch so gar gering und in ihrer Substanz dermassen abgenommen, daß sie dem Schein nach / gar zu Kupffer worden: sind nicht nur allein sehr viel von der Obrigkeit abgesetzet, und aus dem Gebrauch gekommen; sondern auch selbsten von denen Reichs-Ständen vor gut angesehen worden, selbige einzuziehen, hingegen nahmhaffte Pfennige (Müntze) nach jedes Landes Herbringen, gehen und schlagen zu lassen: &c. l. c. p. 226. it. p. 224. paulo post: wie dann schon vorhero viele Pfennige durch die Böhmische/ Goßlarische/ Meißnische, Hessische Groschen verdrungen worden, daß sie gantz aus den Gebrauch gekommen.

extiterint, & apertæ quamplurimæ, magnæque passim effossæ opes? Accedebant ex orbe novo eodem adhuc, mox & sequente seculo, tantum non immensi Thesauri, ut causa amplius subesset nulla, quare tam parce uterentur summi Principes in excudendis numis, argento cumprimis, & auro. Nec nulla novorum eorumque solidorum elegantiorumque fabricandorum causa putanda bonarum literarum, (quibus omnium rerum elegantiam debemus,) ac artium fabrilium subnascens non infelix cultura; cujus beneficio (quid enim est, quod elegantioribus literis non debemus?) factum, ut discussa veteri barbarie, Artificum prioribus longe excellentior subnasceretur ordo, qui in Instrumentis ad rem monetariam facientibus, iisdemque novis, pristinisque longe præstantioribus fabricandis, apparandisque sedulo desudarunt, nihilque inexpertum reliquerunt. Principes præterea & Imperii Proceres, laudabili plane solertia ac æmulatione, inter se excitati laudi sibi duxerunt, antiquo Romanorum more numos suos Reipublicæ exhibere quam nitidissimos, majoribus suis φιλόκαλοι magis & φιλόμουσοι. a) Id quod curiosis superiorum seculorum Numismatum spectatoribus scrutatoribusque quam luculentissime dispalescit.

§. CXXV.

Et hæc quidem occasione Numorum Bracteatorum, Laminariumque quorundam Bilateralium antiquiorum, quos, quod in Præfatione dixi, haud ita pridem felix operariorum, cæmentariorumque, in effodiendis ruderibus, & moliendis jaciendisque novarum ædium fundamentis, occupatorum labor, apud nos, inque vicinis agris Nordgaviensibus, in magna satis reperit copia, breviter dicta sunto: non quidem, ut exercita- *Epilogus.*

Ii 2 tos

a) Vid. I. P. *Lackii* Sylloge Numorum elegantiorum, Conf. §. VII.

tos in hoc ſtudiorum genere viros eruditos, quæ neſciant, doceam, ſed potius, ut rerum iſtarum deliciarumque ſtudioſos certiores reddam, non in ſeptentrionalibus modo terris, ſed & in Franconia, viciniſque agris, in uſu olim fuiſſe, (quod virum quendam celeberrimum, reique veteris Germaniæ numariæ peritiſſimum, inficias ire ſupra dixi,) inque magna ſæpe copia erui; eademque opera non unius generis Νομισματοφίλοις veterum Germanorum oſtendam numulos, &, mea de iis dicta ſententia, anſam præbeam & occaſionem, ut, quæ & ipſi ſentiant, exponant, & ſicubi forte erraverim, inque re dubia hæſitaverim, meliora me & eruditum orbem edoceant; inventis ſaltem, quæ habeant, addant. Quid? quod ſuffecerit mihi, ſi rei numariæ veterum Germanorum ignaros plane (quotus quisque enim eſt ex noſtratibus, qui numos medii ævi cavos, Bracteatosque, vel viderit, vel luculenter ſatis & apte norit, & imperitum vulgus, in cujus manus utplurimum primum incidunt, quæ cognoſcenda ſint, aut ſaltim cognitu digna, docere ſciat?) inſtruam, & de ea quid habendum, quidve ambigentibus reſpondendum, ſuggeram. Nemo ſane, quod ſciam, ex Nordgavienſibus fuit, qui de numis patriæ ſuæ antiquis quicquam commentatus ſit, aut æri eos inciſos oculis exhibuerit; id quod tamen alibi alios in gratiam patriæ ſuæ feciſſe conſtat. Æqui proinde bonique conſule Benevole Lector! quæ hac quidem vice tibi exhibeo eaque aut comproba, ſi merentur, tuaque inventis adde; aut, ſi neutrum placet, meliora nos edoce.

F I N I S.

INDEX NUMORUM
in hac Commentatione explicatorum.

Num. 1. §. 28. 48. 49. 63. 73.
N. 2. §. 28. 49. 63.
N. 3. §. 45. 49. 63. 64. 66.
N. 4. §. 75. 77. 83.
N. 5. §. 75. 83.
N. 6. §. 75. 76. 56.
N. 7. §. 75. 76. 84.
N. 8. §. 75. 84.
N. 9. §. 69.
N. 10. §. 56. 70. 75.
N. 11. §. 56. 67. 68.
N. 12. §. 56. 67. 68.
N. 13. §. 75. 85.
N. 14. §. 75. 85.
N. 15. §. 63. 71.
N. 16. §. 75. 76.
N. 17. §. 27. in Not. 88.
N. 18. §. 75.
N. 19. §. 56. 77. 88.
N. 20. §. 79. in Not. 88.
N. 21. §. 28. 52. 56.
N. 22. §. 52. 58.
N. 23. §. 87.
N. 24. §. 49. 75.
N. 25. §. 60.
N. 26. §. 52. 59.
N. 27. §. 52. 57.
N. 28. §. 57.
N. 29. §. 49. 85.
N. 30. §. 31. 49. 59. 91.
Num. 31. §. 60. 40. 56. 89.
N. 32. §. 60. 40. 56. 89.
N. 33. §. 52. 56. 79. 89.
N. 34. §. 86.
N. 35. §. 56. 90.
N. 36. §. 56. 88.
N. 37. §. 52. 54. 56.
N. 38. §. 39. 40.
N. 39. §. 54.
N. 40. §. 76.
N. 41. §. 20. in Not. 40. 76. 77
N. 42. §. 40. 50. 71. 76. 77.
N. 43. §. 40. 63. 71. 76. 77. 82
N. 44. §. 49. 80.
N. 45. §. 56. 63. 72. 78.
N. 46. §. 56. 78. 79. 80.
N. 47. §. 74. 90.
N. 48. §. 50. 76. 91.
N. 49. §. 50. 52. 91.
N. 50. §. 91.
N. 51. §. 91.
N. 52. §. 43.
N. 53. §. 20.
N. 54. §. 74.
N. 55. §. 47.
N. 56. §. 115.
N. 57. §. 50.
N. 58. §. 115.
N. 59. §. 52.

Sylla-

Syllabus Scriptorum Publicorum
M. JO. ALEX. DOEDERLINI.

Disputationes Academicæ.

1. Dissertatio de Θηριομαχία Paulina, Græce conscripta & habita Altdorfii A. 1695.
2. Analecta Philosophica, ib. A. 1699.

Programmata, quorum

1. Singulare, & Lubecensi, quod in Nov. Litt. Septentr. A. 1702. describitur, non absimile Servatoris Crucifixi signum, in Templo Weissenburg. Primario conspiciendum, &c. exhibet fol. 1. pl.
2. Pastores Ecclesi. Weissenburg. Primarios, eorumque Vitas in scenam producit, fol. 1. pl.
3. Litteratorum quarundam gentium iniqua de Germanis judicia perstringit, fol. 2. pl.
4. Quæstionem, utrum nostrum, an vero Avorum, Patrumque ævum, Eruditionis & Ingeniorum gloria præstet? examinat, fol. 2. pl.
5. De φιλοπονίας in studiis litterariis necessitate & utilitate agit, 4. 1. pl.
6. Fossam CAROLI M. prope Weissenburgum peregrinantibus conspiciendam ostendit, fol. 2. pl.
7. Artem canendi Veterum, & Cantores Weissenburgenses exhibet, fol. 3. pl.
8. De Theologis Ecclesiæ Evangelicæ celebrioribus, qui primo hujus seculi septennio inter vivos esse desierunt, differit, fol. 3. pl.
9. Rectores Lycei Weissenburgensis sistit, fol. 2. pl.
10. Juventuti Scholasticæ in capessendis Litterarum & Virtutis studiis animi contentionem, piamque æmulationem Clarissimorum Virorum præceptis, maxime vero exemplis, commendat, fol. 1½. pl.

11. Ma-

11. Magni Principis, D. WILHELMI FRIDERICI, Marchionis Brandenb. Onoldini, Vitam brevem & multam ad Exemplum Posteritatit enarrat, fol. 2. pl.

12. Diaconos Ecclesiæ Weissenburgensis Evangelicæ in scenam producis, fol. 2. pl.

13. Weissenburgi in Noricis Historiam à variis variorum, cum Historicorum, tum Politicorum scriptorum, erroribus & mendis liberat, fol. 1. pl.

14. De Conditoribus Weissenburgi in Noricis agit, Pagisque Veterum Germanorum annumerata Nordgavia, (*Nortgouue* olim dicta,) Weissenburgo in ea locum suum, præviis testibus fide dignis, asserit, fol. 1. pl.

15. Unde Weissenburgum Nordgaviæ nomen hauserit suum, quoque sensu vox *Burgus*, seu *Burgum* in Veterum scriptis accipiatur? disquirit. fol. 1. pl.

16. Prima Civitatis Weissenburgi initia, quæ obscura admodum, evolvit, & de veterum Pagorum, adeoque Nordgaviæ Præfectis (Gow-Richtern,) & Præfecturis (Gow-Richterschafften) differit, fol. 1. pl.

17. A CAROLO M. aquarum Almoni (der Alt-Mühl,) & Razæ (der Retzat) beneficio, Danubium & Rhenum juncturo Weissenburgum primam sortitum fuisse celebritatem; quaque regiminis forma gavisa olim fuerit Civitas, docet, fol. 1½. pl.

18. Legimen *Pagarchorum*, seu Præfectorum Pagorum Veterum (der kleinen Staaten in Teutschland,) nec non Comitum Centenarum, s. *Centgraviorum*, pluribus exponit; quæque causa sit, quod in Historia Germanorum antiqua, Nordgaviæ cumprimis, multa scitu digna in obscuro lateant, tradit, fol. 1. pl.

19. Weissenburgi antiqui limites describit, & varia, quæ olim perpessa fuerit civitas, fata commemorat; omnes denique & rivos, agros ejus alluentes, enarrat, fol. 1. pl.

20. Antiquitatem Civitatis Weissenburgi, quam dubiam quidam reddunt, pristinumque rerum statum uberius, explicat, defendit ac illustrat, fol. 1. pl.

21. Auctoris Anonymi der Nachrichten von einigen Fränckischen Reichs-Städten, aliorumque fide dignorumque scriptorum, de Antiquitate Civitatis Weissenburg. testimonia colligit & antiquæ Alemanniæ, seu Sueviæ urbem vindicat, fol. 1. pl.

22. Im-

22. Imperatoris *Conradi Salici* Præceptum, Weissenburgi traditionem à Duce Alemanniæ Ernesto II. factam concernens, ex *Udalr. Babenbergensis* Codice Diplomatico Historico Epistolari MSto, eoque Zwetlensi, excerptum recenset, & Annotationibus illustrat, fol. 2. pl.

23. Augustissimæ Domus BRANDENBURGICAE summa in Rem Litterariam cumprimis Merita exponit, fol. 1. pl.

MELETEMATA ex utraque Historia.

I. Jubilæum Pastorale Viri quondam pl. Rev. *Jo. Mich. Hummelii*, τῦ νῦν ἐν ἁγίοις, quo Doctores Ecclesiæ Evangelicæ Jubilæi, Carm. Epico, in scenam producuntur, fol. 2. pl.

II. Schediasma Historicum, Impp. P. ÆL. ADRIANI & M. AUR. PROBI *Vallum seu Murum*, die Pfahl-Heck, Pfahl-Rayn/ it. die Teuffels-Mauer, vulgo dictum, in Agris Nordgaviensibus. &c. conspiciendum exhibens, 4. 11. pl. Norimb. sumtibus W.M. Endteri Hæred. A. 1723.

III. Slavonisch-Russisches Heiligthum, mitten in Teutschland; das ist: der grosse und heilige Martyrer Pheodor Stratilat, oder *Theodorus Dux*, aus einer in der Hoch-Adelichen Rieterischen Kirche zu Kalben-Steinberg, unweit Weissenburg am Nordgau, aufbehaltenen/ mit Ur-alten Gemählden, und Slavonischen/ oder Alt-Russischen, Beyschrifften gezierten sehr alten Tafel; nach unterschiedlichen Menæis und Martyrologiis, so wohl der Morgen- als Abend-Ländischen Kirchen vorgestellt. 4. 18. pl. cum Figur. ibid. A. 1724.

IV. Epistola ad Virum Perillustrem. *DN. C. J. IMHOFIUM*, Megalomartyris Theodorici Stratelatis Vitam & Martyrium ex Imper. Constantinopol. Basilii II. Menologio Græco exhibens, 4. 1. pl.

V. Inscriptiones Slavo-Russicæ Tabulæ perantiquæ Templi Kalbensteinbergensis, in Agris Nordgaviensibus, *D. Theodorum Stratilatem*, s. Ducem ejusque vitam & Martyrium, Imaginibus affabre factis exhibentis; cum Versione Latina, 4. 1½. pl. Tyrnav. Hungarorum, typ. Acad. per *Frid. Gall.* A. 1724.

VI. Differt. Epistol. ad Virum Illustrem, *D. Luc. Schræckium*, qua sinistram vulgi & literatorum quorundam de Generatione & Virtutibus *Patellarum Iridis*, der Regenbogen-Schüsselein, opinionem & commenta examinat & refutat Auctor,

Inter Ἀνέκδοτα typis destinata prelum exspectat Syntagma de *Meritis Germanorum in Litteras Græcas*, 1½. Alph.

FINIS.

Pag. 5.. Tab. I.

I. II. III. IV. V.







VI. VII. VIII. IX. X.







XI. XII. XIII. XIV. XV.







XVI. XVII. XVIII. XIX.







XX. XXI. XXII. XXIII. XXIV.







XXV. XXVI. XXVII. XXVIII.







Tab. II

XXIX. XXX. XXXI.






XXXII. XXXIII. XXXIV.








XXXV. XXXVI. XXXVII.









XXXVIII. XXXIX. XL.





XLI. XLII. XLIII.








XLIV. XLV. XLVI.










AH



1579











M





N




n

tos in hoc ſtudiorum genere viros eruditos, quæ neſciant, doceam, ſed potius, ut rerum iſtarum deliciarumque ſtudioſos certiores reddam, non in ſeptentrionalibus modo terris, ſed & in Franconia, vicinisque agris, in uſu olim fuiſſe, (quod virum quendam celeberrimum, reique veteris Germaniæ numariæ peritiſſimum, inficias ire ſupra dixi,) inque magna ſæpe copia erui; eademque opera non unius generis Νομισματοφίλοις veterum Germanorum oſtendam numulos, &, mea de iis dicta ſententia, anſam præbeam & occaſionem, ut, quæ & ipſi ſentiant, exponant, & ſicubi forte erraverim, inque re dubia hæſitaverim, meliora me & eruditum orbem edoceant; inventis ſaltem, quæ habeant, addant. Quid? quod ſuffecerit mihi, ſi rei numariæ veterum Germanorum ignaros plane (quotus quisque enim eſt ex noſtratibus, qui numos medii ævi cavos, Bracteatosque, vel viderit, vel luculenter ſatis & apte norit, & imperitum vulgus, in cujus manus utplurimum primum incidunt, quæ cognoſcenda ſint, aut ſaltim cognitu digna, docere ſciat?) inſtruam, & de ea quid habendum, quidve ambigentibus reſpondendum, ſuggeram. Nemo ſane, quod ſciam, ex Nordgavienſibus fuit, qui de numis patriæ ſuæ antiquis quicquam commentatus ſit, aut æri eos inciſos oculis exhibuerit; id quod tamen alibi alios in gratiam patriæ ſuæ feciſſe conſtat. Æqui proinde bonique conſule Benevole Lector! quæ hac quidem vice tibi exhibeo eaque aut comproba, ſi merentur, tuaque inventis adde; aut, ſi neutrum placet, meliora nos edoce.

FINIS.

INDEX NUMORUM
in hac Commentatione explicatorum.

Num. 1. §. 28. 48. 49. 63. 73.
N. 2. §. 28. 49. 63.
N. 3. §. 45. 49. 63. 64. 66.
N. 4. §. 75. 77. 83.
N. 5. §. 75. 83.
N. 6. §. 75. 76. 56.
N. 7. §. 75. 76. 84.
N. 8. §. 75. 84.
N. 9. §. 69.
N. 10. §. 56. 70. 75.
N. 11. §. 56. 67. 68.
N. 12. §. 56. 67. 68.
N. 13. §. 75. 85.
N. 14. §. 75. 85.
N. 15. §. 63. 71.
N. 16. §. 75. 76.
N. 17. §. 27. in Not. 88.
N. 18. §. 75.
N. 19. §. 56. 77. 88.
N. 20. §. 79. in Not. 88.
N. 21. §. 28. 52. 56.
N. 22. §. 52. 58.
N. 23. §. 87.
N. 24. §. 49. 75.
N. 25. §. 60.
N. 26. §. 52. 59.
N. 27. §. 52. 57.
N. 28. §. 57.
N. 29. §. 49. 85.
N. 30. §. 31. 49. 59. 91.
Num. 31. §. 60. 40. 56. 89.
N. 32. §. 60. 40. 56. 89.
N. 33. §. 52. 56. 79. 89.
N. 34. §. 86.
N. 35. §. 56. 90.
N. 36. §. 56. 88.
N. 37. §. 52. 54. 56.
N. 38. §. 39. 40.
N. 39. §. 54.
N. 40. §. 76.
N. 41. §. 20. in Not. 40. 76. 77
N. 42. §. 40. 50. 71. 76. 77.
N. 43. §. 40. 63. 71. 76. 77. 82
N. 44. §. 49. 80.
N. 45. §. 56. 63. 72. 78.
N. 46. §. 56. 78. 79. 80.
N. 47. §. 74. 90.
N. 48. §. 50. 76. 91.
N. 49. §. 50. 52. 91.
N. 50. §. 91.
N. 51. §. 91.
N. 52. §. 43.
N. 53. §. 20.
N. 54. §. 74.
N. 55. §. 47.
N. 56. §. 115.
N. 57. §. 50.
N. 58. §. 115.
N. 59. §. 52.

Sylla-

Syllabus Scriptorum Publicorum
M. JO. ALEX. DOEDERLINI.

Disputationes Academicæ.

1. Dissertatio de Θηριομαχία Paulina, Græce conscripta & habita Altdorfii A. 1695.
2. Analecta Philosophica, ib. A. 1699.

Programmata, quorum

1. Singulare, & Lubecensi, quod in Nov. Litt. Septentr. A. 1702. describitur, non absimile Servatoris Crucifixi signum, in Templo Weissenburg. Primario conspiciendum, &c. exhibet fol. 1. pl.
2. Pastores Eccles. Weissenburg. Primarios, eorumque Vitas in scenam producit, fol. 1. pl.
3. Litteratorum quarundam gentium iniqua de Germanis judicia perstringit, fol. 2. pl.
4. Quæstionem, utrum nostrum, an vero Avorum, Patrumque ævum, Eruditionis & Ingeniorum gloria præstet? examinat, fol. 2. pl.
5. De Φιλοπονίας in studiis litterariis necessitate & utilitate agit, 4. 1. pl.
6. Fossam CAROLI M. prope Weissenburgum peregrinantibus conspiciendam ostendit, fol. 2. pl.
7. Artem canendi Veterum, & Cantores Weissenburgenses exhibet, fol. 3. pl.
8. De Theologis Ecclesiæ Evangelicæ celebrioribus, qui primo hujus seculi septennio inter vivos esse desierunt, differit, fol. 3. pl.
9. Rectores Lycei Weissenburgensis sistit, fol. 2. pl.
10. Juventuti Scholasticæ in capessendis Litterarum & Virtutis studiis animi contentionem, piamque æmulationem Clarissimorum Virorum præceptis, maxime vero exemplis, commendat, fol. 1½. pl.

11. Magni Principis, D. WILHELMI FRIDERICI, Marchionis Brandenb. Onoldini, Vitam brevem & multam ad Exemplum Posteritatit enarrat, fol. 2. pl.

12. Diaconos Ecclesiæ Weissenburgensis Evangelicæ in scenam producis, fol. 2. pl.

13. Weissenburgi in Noricis Historiam à variis variorum, cum Historicorum, tum Politicorum scriptorum, erroribus & mendis liberat, fol. 1. pl.

14. De Conditoribus Weissenburgi in Noricis agit, Pagisque Veterum Germanorum annumerata Nordgavia, (*Nortgouue* olim dicta,) Weissenburgo in ea locum suum, præviis testibus fide dignis, asserit, fol. 1. pl.

15. Unde Weissenburgum Nordgaviæ nomen hauserit suum, quoque sensu vox *Burgus*, seu *Burgum* in Veterum scriptis accipiatur? disquirit. fol. 1. pl.

16. Prima Civitatis Weissenburgi initia, quæ obscura admodum, evolvit, & de veterum Pagorum, adeoque Nordgaviæ Præfectis (Gow-Richtern,) & Præfecturis (Gow-Richterschafften) differit, fol. 1. pl.

17. A CAROLO M. aquarum Almoni (der Alt-Mühl,) & Razæ (der Retzat) beneficio, Danubium & Rhenum juncturo Weissenburgum primam sortitum fuisse celebritatem; quaque regiminis forma gavisa olim fuerit Civitas, docet, fol. 1½. pl.

18. Legimen *Pagarchorum*, seu Præfectorum Pagorum Veterum (der kleinen Staaten in Teutschland,) nec non Comitum Centenarum, s. *Centgraviorum*, pluribus exponit; quæque causa sit, quod in Historia Germanorum antiqua, Nordgaviæ cumprimis, multa scitu digna in obscuro lateant, tradit, fol. 1. pl.

19. Weissenburgi antiqui limites describit, & varia, quæ olim perpessa fuerit civitas, fata commemorat; omnes denique & rivos, agros ejus alluentes, enarrat, fol. 1. pl.

20. Antiquitatem Civitatis Weissenburgi, quam dubiam quidam reddunt, pristinumque rerum statum uberius, explicat, defendit ac illustrat, fol. 1. pl.

21. Auctoris Anonymi der Nachrichten von einigen Fränckischen Reichs-Städten, aliorumque fide dignorumque scriptorum, de Antiquitate Civitatis Weissenburg. testimonia colligit & antiquæ Alemanniæ, seu Sueviæ urbem vindicat, fol. 1. pl.

22. Im-

22. Imperatoris *Conradi Salici* Præceptum, Weissenburgi traditionem à Duce Alemanniæ Ernesto II. factam concernens, ex *Udalr. Babenbergensis* Codice Diplomatico-Historico-Epistolari MSto, eoque Zwetlensi, excerptum recenset, & Annotationibus illustrat, fol. 2. pl.

23. Augustissimæ Domus BRANDENBURGICAE summa in Rem Litterariam cumprimis Merita exponit, fol. 1. pl.

MELETEMATA ex utraque Historia.

I. Jubilæum Pastorale Viri quondam pl. Rev. *Jo. Mich. Hummelii*, τοῦ νῦν ἐν ἁγίοις, quo Doctores Ecclesiæ Evangelicæ Jubilæi, Carm. Epico, in scenam producuntur, fol. 2. pl.

II. Schediasma Historicum, Impp. P. ÆL. ADRIANI & M. AUR. PROBI *Vallum seu Murum*, die Pfahl-Heck, Pfahl-Rayn/ it. die Teuffels-Mauer, vulgo dictum, in Agris Nordgaviensibus. &c. conspiciendum exhibens, 4. 11. pl. Norimb. sumtibus W. M. Endteri Hæred. A. 1723.

III. Slavonisch-Russisches Heiligthum, mitten in Teutschland; das ist: der grosse und heilige Martyrer Pheodor Stratilat, oder *Theodorus Dux*, aus einer in der Hoch-Adelichen Rieterischen Kirche zu Kalben-Steinberg, unweit Weissenburg am Nordgau, aufbehaltenen/ mit Ur-alten Gemählden, und Slavonischen/ oder Alt-Russischen, Beyschrifften gezierten sehr alten Tafel; nach unterschiedlichen Menæis und Martyrologiis, so wohl der Morgen- als Abend-Ländischen Kirchen vorgestellt. 4. 18. pl. cum Figur. ibid. A. 1724.

IV. Epistola ad Virum Perillustrem. *DN. C. J. IMHOFIUM*, Megalomartyris Theodorici Stratelatis Vitam & Martyrium ex Imper. Constantinopol. Basilii II. Menologio Græco exhibens, 4. 1. pl.

V. Inscriptiones Slavo-Russicæ Tabulæ perantiquæ Templi Kalbensteinbergensis, in Agris Nordgaviensibus, *D. Theodorum Stratilatem*, s. Ducem ejusque vitam & Martyrium, Imaginibus affabre factis exhibentis; cum Versione Latina, 4. 1½. pl. Tyrnav. Hungarorum, typ. Acad. per *Frid. Gall.* A. 1724.

VI. Differt. Epistol. ad Virum Illustrem, *D. Luc. Schrœckium*, qua sinistram vulgi & literatorum quorundam de Generatione & Virtutibus *Patellarum Iridis*, der Regenbogen-Schüsselein, opinionem & commenta examinat & refutat Auctor.

Inter Ἀνέκδοτα typis destinata prelum exspectat Syntagma de *Meritis Germanorum in Litteras Græcas*, 1½. Alph.

FINIS.

Tab. I.

I.

II.

III.

IV.

V.


VI.

VII.

VIII.

IX.

X.


XI.

XII.

XIII.

XIV.

XV.


XVI.

XVII.

XVIII.


XIX.


XX.

XXI.

XXII.

XXIII.

XXIV.


XXV.


XXVI.

XXVII.

XXVIII.




















XXXVIII. XXXIX. XL.








XLI. XLII. XLIII.









XLIV. XLV. XLVI.







AH


A

1579











M





N





